



ENCOMIUM
MEDICINÆ
1625









42550

PAVLI AEGINETAE SALVBRIA DE TVenda ualetudine præcepta, Guilielmo Copo Basileiensi interprete.

ITEM.

ENCOMIVM ARTIS MEDICAE, D. Eras. Rot. autore.



NOREMBERGAE ANNO M. D. XXV.

Joh. Jac. Martini
Heid. M. C. 1678.

IO. PETREIVS LECTORI S.

NEMO non uidet, arbitror, omnes disciplinas (quibus hæc uita mortalium nihil habet augustius) hactenus eò contemptus adductas iacuisse, ut à solis his, qui quæstũ, bonorũ studiorum mercedem uilißimam sequerentur, sint excultæ. Quo factum est, ut sordidißimi quiq; authores, modo lucrum attulerint, in optimorũ atq; eruditißimorum locũ, non solum magno nostro malo, uerum etiam ingenti cum dedecore, successerint. Cui pesti, cum nostrum hoc seculum, iamdudum medicas adhibere manus incœperit, in re tam frugifera, nobis quodammodo cooperari uehementer collibuit. Damus igitur nũc studiosis omnibus, doctißimi medici Pauli Aeginetæ salubria de tuenda ualetudine præcepta, à doctißimo Guilielmo Copo latinitati donata, ut uitam sanam in studio literarum diu prorogent, quo commodius ad summũ eruditionis fastigium perueniant, & rerum cognitioni, cuius præstantißima pars à medicis tractatur, paulatim initientur & assuescant. Quæ si (ut certe debent) grata fuisse cognouerimus, huius generis libellos, magna diligentia emendatos, in lucem subinde prodigemus. Bene uale.

INDEX EORUM QVAE IN TOTO LIBRO discutiuntur.

AD REVERENDVM IN Christo patrem, dominũ Germanum de Ganai Cadurıcensem episcopum, Guili elmi Copi Basileiensis in Pauli Aegi netæ salubria præcepta præfatio.

Medicina non infima phi[losophiae] pars.

Medicinã à Musarũ contubernio repulsã quærit.

Picus Mirandula

Angelus Politianus

MEdicinam non infimam philosophiæ partem, ornatissime pater, felici illo seculo, quum florerent bonæ literæ, summopere cultã, nescio quo pacto humanarum literarum studiosi negligũt contemnunt, atq; a Musarum contubernio repellunt. Nisi id est q; adeo barbarorũ fecibus obliterata est, ut nemo cultioris literaturæ studiosus, uel minimo, ut inquiunt, digito eã attingere dignet̃. Qua de re paucos hodie uideas magni nominis uiros, qui ad ultimam usq; senectam perueniant. Sane nostro æuo, Picus Mirandula, rerum naturæ miraculũ, atq; Angelus Politianus, qui unus à Gothorum iniuria linguam latinam uindicare potuisset, ideo per ætatis uigorem immatura morte nobis sublati sunt, quod

non iuſtam medicinæ in ſuis lucubratio nibus rationem habuerũt. Quum enim, ut eſt in oraculo, ſumma hominis prudẽ tia ſit ſeipſum noſcere, neſcio quomodo ille ſeſe noſcere putabit, qui animorum ſemper indagine ſolicitus, nullam cor= poralis naturæ ſibi rationem proponit. Animum enim ſine corporis adminicu= lo, uiribus carere, phreneticorũ inſania ſatis declarat. Itaqꝫ nemo ſe philoſophũ recte profitebitur, niſi medicinam quo= qꝫ didicerit, qua duce in primis corporis naturã, deinde per reliquas philoſophiæ partes animum, poſtremo ſeipſum cog noſcet. Huius monitis Pythagoras, Em pedocles, Democritus, Diocles Cariſti us, Praxagoras, Chryſippus, Plato, Dio nyſius Heracleotes, Xenocrates Plato nicus, Carneades, Cleantes, Xenopha= nes Colophonius, ſummi philoſophi in ultima ſenectute mortem obierunt. Ari ſtoteles uero ipſe, quum alioqui naturali ſtomachi infirmitati, crebriſqꝫ morbidi corporis offenſionibus obnoxius eſſet, ob animi tamen magnitudinem, quã ex

Summa hominis prudentia ſeipſũ noſcere.

Animus, corporis adminiculo eget.

Aristoteles .63. annorum.

Summi medici.

Mithridates Conradus Celtis

Iohannes Lascaris.

Erasmus Roterodamus

imedcinæ scientia cõceperat, contra opinionem hominum ad sexagesimum usq; tertium peruenit annum. Id uero nostro æuo, ob hanc maxime causam, contingere solet nemini, quod summorum medicorum monumẽta, Hippocratis inquam, Galeni, Rufi, Oribasij, Pauli, Alexandri, pulueribus obsita iacent, negliguntur q;. Ac barbarissimi quiq; uel temporum iniuria, uel circulatorum auaricia inducti, illorum loco habentur in precio Ergo quum magna iam antiquorum, optimorum q; uoluminum, tum oratorũ & poetarum, tum philosophorũ, copia Aldi Manutij uiri undecunq; doctissimi industria, nobis restituta sit, laborãdum esse duxi, ut medicinæ quoq; auctores, ad pristinæ dignitatis lucem resurgant. Igitur Græcarum literarum prima rudimenta, quæ iam pridem in Germania sub Mithridate & Conrado Celte degustaueram, sub utriusq; linguæ doctissimis præceptoribus Ioanne Lascari, atq; Erasmo Roterodamo in Parisiorum academia excolere tentaui, Sed ob eorũ præ-

cipitem in Italiam abitum, operā fere lu
ſiſſem, niſi mox Hieronymum Alean- Hieronymus
drum, Græce, & Latine, & Hebraice, ad Aleander.
de etiam Chaldaice doctiſſimum, perpe
tuum annum poetas & oratores (abſq;
enim horum diligenti lectione nullus fa Graecas literas
cile Græcas literas diſcere poſſe ſperet) discere.
Græce legentē audiuiſſem. Cuius præ
ceptis formatus, ut ſtudiorum meorū fru
gem aliquam reponerem, Theodorum Theodorus Gaza
Gazam atq; Nicolaū Leonicenū, quan- Nicolaus Leonic-
q; longo admodū interuallo, imitari, ac enus.
ueteres, eosq; eruditiſſimos Græcos me
dicos, pro uirili reſtituere niſus ſum. At
q; in primis Paulum Aeginetam, qui uni Paulus Aegi
uerſam medicinam a Galeno & Oriba- neta.
ſio per innumeros fere libros traditam,
in ſeptem libros compendioſe redegit.
Horum primum, qui bonam ualetudinē
tueri docet (quod nō ſolum medicis, ue-
rūetiam mortalibus uniuerſis, non medi Integram serua
ocriter conducat, integram ſeruare uale re ualetudinē.
tudinē) a reliquis ſex libris ſeparare, ac
latio ſermone donare conſtitui. Ne ſalu
bria præcepta perpetuo ab ineptis Saler

Galerinanorũ deliramenta.

nitanorum deliramentis petere oporte-at. Qua in re quãuis eloquutio forsitan felicior desiderabitur, quod tamen ad interpretationis fidẽ pertinet, nisi nos aliquando exemplaris (quod unum duntaxat habere potuimus) deprauatio fefellerit, nemini cesserimus. Has uero lucubrationum nostrarum primitias, tibi pater amplissime dicamus, donó que mittimus, quod optimarum te literarum asylum, non solum Gallia, uerumetiam docta prædicat Italia. Quotquot enim multis iam retro actis annis bonarum literarum studiosi, ad hanc nostram Parisinam applicuerunt academiam, eos, ut es doctissimus, ita perq; humanissime suscepisti, fouisti, ac summis honoribus extulisti, omitto religionem, mores sanctissimos, integritatem, summã eruditionẽ, generis claritatẽ, ne de multis pauca attingens nimis frigide te laudem. Nã amplissimas tuas uirtutes, iustum uix uolumen explicaret, nedum epistola. Igitur a serijs, tetricis' q; studijs, atq; arduis istis tuis curis, remisso nonnunq; animo has

nostras minutiores musas legere non asperneris, ut & recte ualeas, & diutius uiuere possis, id qd studiosis omnibus, et mihi in primis ꝙ maxime optādū est. Es enī alter ille Mecœnas, quo recte ualēte haudquaquā male ualebunt literæ: Quod si has nostras lucubrationes excellentiæ tuæ placere senserimus, dabimus operā, ut propediem Galeni quoque opera, quorum ne umbram quidem adhuc Latini uiderunt, non minore à Romanis ꝙ Græcis (quantum latini sermonis inopia patitur) facilitate legantur. Vale pater ornatissime. Ex Parisiorum Lutecia. xiiij. Calen. Aprilis. Anno M. D. X.

Musæ minutiores

PAVLI AE-
GINETAE PRAECEPTA SALV
bria Guilielmo Copo Basilei
ensi interprete.

QVIBVS AFFECTIBVS MVLIE
res grauidæ infestantur, & qua
victus ratione educandæ sint.
Caput I.



VONIAM mulieres grauidæ, his fere molestantur casibus, crebra vomitione sputo, cordis dolore, fastidio: haud ab re fuerit, præsidia, quibus eis succurratur præscribere. Itaq; deambulationes cibi non admodum dulces, vina rufa, odora, præcipue quinquagennia & modica potatio eis conueniũt. Hæc enim omnia vomitionem arcere consueuerũt. Medicamentorum vero uim obtinent, polygonium ex aqua coctum & epotum, anetũ, pontica radix, quæ ab incolis rha uocatur. Hæc & ante, & post cibum adhibenda sunt. Mane vero præcordijs cataplas-

ma imponere oportet ex œnãthe, balaustio, cythiso, mirrha, gummi, fœniculi semine. Nec refert vtcunq; miscere volueris, aut cum vino ueteri & palmulis, aut solidum, siccumque præcordijs adhibere. Atq; id magnifice iuuat eas, quæ terrã edere cupiunt, ut in ea affectione quã κίτταν id est picam uocãt, quæ circa tertium gestationis mensem præcipue infestat, quod non posit tum fœtus, vtpote imbecillus, quicquid ad vterum alimenti ratione fertur absumere. Quapropter variæ stomacho redundantiæ accumulãtur, vnde & uaria & absurda appetũt, ut carbones extinctos, cretã cimoliam, & alia permulta eam ob causam ita effectũ hunc nominauerunt, aut ab animalis varietate, aut quod sæpenumero hoc malo pica laborat. Cibi appetentiam inducunt, labor, & longior peregrinatio. Si uero mulier grauida delicatius fuerit educata, inutiliter subibit repentinas motiones, fastidientem quoq; licet acres potiones, & præcipue sinapi degustare. Pedum tumores magnifice discutit anthyllis in aceto macerata, & brassicæ latiori-

folia, atq; cimolia creta ex aceto illita, itē alumē ex aceto, medica quoq; mala, quæ & citrea dicuntur, in aqua cocta, utiliter pedibus adhibentur.

De nutrice. Cap. II.

ELigenda est nutrix, quæ nullo penitus morbo laboret, & neq; grandis admodū natu, neq; ualde iuuenis, ita ut iunior quidem quinq; & uiginti annis minor nō sit, grandior uero quinq; & triginta non excedat. Sit ꝓcero pectore, mammis magnis, papillæ neq; nimia longitudine promineāt, neq; curuitate auertantur, reliquo uero corpore neq; obesa nimis, neq; macie admodū extenuata. Id uero magnopere conducet infanti, si nō ita pridem nutrix peperit, atq; maxime si masculum. Abstineat ab arefaciētibus supra modū, à salsis, acutis, astringentibus, acidis, amaris, ualde calorificis, suaue admodum olentibus, excellēter odoratis, bellarijs, condimentis, alijsq; acribus, ac uenerem quoq; haud quaquā admittat. Exerceat manus & humeros, texendo & in ulnis circunferendo. Ferendus autem in ulnis infans est trimestris

et qua

& quadrimestris.

De lacte nutricis. Cap. III

OPtimum lac esse cognosces, si medi ocre fuerit in crassitudine, multitudine, colore, odore, gustu. Vtile uero illud est, quod in unguem pollicis instillatum, ad splendorem, inclinato ungue, uidetur neq; celeriter, neq; tarde defluere. Atque sic quoque probandum est. Lac emulctum iniice in uas uitreum modicũ, deinde digitis agitatum, sine donec concrescat, si enim plus uideris seri quã casei inutile, si uero contra, coctu difficile erit. Optimũ uero fuerit, quod modice utrunq; habet.

Quo modo lactis malicia corrigatur. Cap. IIII.

LActis uitia sic corrigẽda sunt, si crassius fuerit, uomitu pituita eiicienda est, id quod cum oxymelle optime perficitur, eáq; laboribus præcipue ante cibũ extenuanda est, ad quam rem commodissima fuerint, origanum, hysopũ, satureia scandix, thymus, paulum radiculæ, salsamentum uetus cũ oxymelle. Si uero nimis acre tenuéq; appareat, tum a multis laboribus abstinere, & ali nutricẽ ex sor

bitionibus, carnibus suillis, oportet sapã bibere & uinum dulce, pectus & mammas fricare, nonnullis cucurbitula adhibita, auxilio fuit. Medicamenta autem quæ lac generant, & si scio nonnihil conferre, assidue tamen eis uti non iubeo, nã nimis uiolenter eliquant, sunt autem ea, semen & radix fœniculi, quæ aqua calida macerata exhibenda sunt.

Educatio pueri. Cap. V.

PRimus cibus iamiam genito puello exhibendus, est mel, deinde lac dandum est bis in die, aut ter ad summum. Quum uero promptũs ad accipiendũ uidebitur, nec desit concoquẽdi spes, tũ cibos non replentes dare conuenit, quandoquidem imprudenter repletus, somno lentior, humidioŕ q;, atq; uentre quoq; tumido, inflató q; euadit, & urina aquosa redditur, quibus ego nihil dandum censeo. At satis fuerit duobus annis lacte nutriri, deinde solidiores cibos accipere,

Ad exanthemata puero exorta. Cap. VI.

QVæ circa pueri cutem florẽt, in primis quidem æquo animo tolerare

oportet, quum uero defloruerunt tũ bal-
neis curare adijciendo myrti aut lentisci
folia, aut rosas, rosaceo quoq; aut lentisci
no oleo utendum, mox cæratum cum ce
rusa adhibendum, atque leniter ex nitris
abstergere oportet. Nam fortiora præsi-
dia non feret. Ratio uictus sic commodis
sime instituitur, ut neq; nimium implea-
tur, neque multa inedia uexetur. Porrò
si pueri aluus astricta fuerit, mel cibo ad-
iectum dabis, quod si ne sic quidem deij-
cit, resinam terebinthinam, quæ ciceris
quantitatem æquet adijcies. Ad solutam
uero aluum, milium quam maxime con
fert.

De tussi et destillatione pueri. Ca. VII

SI uel tussi uel destillatione puer uexa
tur, mellitismos (ita enim nominant
eligmata ex melle) sumere debet, abiu-
endum caput est multa calida aqua, mox
multo melle linere, deinde linguam digi
to leniter comprimere oportet, ita enim
magnam pituitæ copiam euomet.

De pruritu. Cap. VIII

PRuritus si puerum infestat, fomen-
tis curabitur, atque multa vnctione

ex oleo crudo, cũ exigua cæra eliquato.

De dentium ortu. Cap. IX

SEptimo fere menſe dentiunt, tũ gingiuarum maxillarũ & tendinum inflãmationes eis accedunt, nonnunquã neruorum quoqꝫ diſtentiones, quo tempore nihil puero dandũ quod mandere oporteat. Gingiuas a balneo aſſidue digito cõtrectare, & ex gallinaceo adipe & leporis cerebello molliores reddere conuenit. Prodeuntibus uero iam dentibus, teneras, mundasꝗ lanas, ceruici, capiti, & maxillis adhibere, atqꝫ oleo calido dulciqꝫ fouere, id quod auribus quoqꝫ inſtillãdum. Porro puellum tum uberius alere oportet, & aqua calida lauare. Qđ ſi alui quoqꝫ fluor moleſtauerit, tentandũ eam epithematis, quæ maxime uentrem ſupprimunt, ſiſtere, inſpergentes lanæ, aut cuminum, aut anetũ, aut apium, quibus roſarum quoqꝫ ſemen recte adijcitur & in totum calfacere & exiccare expedit. Si uero nihil deijcit aluus, melle ad glandis formam redacto leniter irritetur prodeſt etiam calamintha trita, atqꝫ cum melle illita. Neruorũ diſtentione labo

rantem puerum magnifice iuuabis, si he liotropium ex aqua coquens, ipsum laue ris, eó q̃ magis, si irino oleo, aut cyprino aut sycionio unxeris, atq; in totum cale= feceris. Exortis iã dentibus, si digitos mordet, uulnerat q̃, operæprecium fue rit radicem iridis elixam, ac modice aridã tenere, Hæc enim ulceribus quoq; auxi= liatur, quemadmodũ & butyrum cũ mel le illitum. Gingiuarum pruritũ ueteris salsamenti caro sedat.

De Aphtha Cap. X.

VLcus quoq; puero accidit, qđ Aph tha uocatur, modo subalbidum, mo do subrubrum, nonnunquã ueluti crusta nigrum, ut uero omnium pessimũ, ita ma xime letale, nigrum est. Huic opẽ affert iris, uel cum melle, uel sicca etiam adhibi ta. Item rosarum folia contusa, flos rosa= rum, crocus, paulum mirrhæ, galla, thus, cortex thuris, uel simul, uel singulatim melle excepta. Præterea mulsum et ma li punici dulcis succus.

Ad femorũ intertrigines Cap. XI

AD femorum intertrigines, myrtũ aridam, cypirum, rosas, insperge.

Ad humectationes aurium Cap. XII.

AVriũ humectationes ſiccabimus, ſi lanam ex alumine adhibuerimus aut vinum mulſum, aut uinum vetus, aut crocum ex uino tritum inſtillauerimus.

De Siriaſi. Cap. XIII.

SIriaſis eſt partium circa cerebrum & eius membranas, inflammatio. Hanc ſequitur & ſyncipitis & oculorum cauitas, cum pallore & ariditate corporis. Eius remedium eſt, oui rubrum cum roſaceo, caluariæ quidem pigmẽti ſpecie impoſitum, ſed celeberrime mutatum. Aliud ad Siriaſim, Heliotropij (quod Scorpiuron vocant) folia, cucurbitæ raſuram, cucumeris atq; peponum adiacentẽ carni pelliculam, ſolani hortenſis cum roſaceo, ſuccum, caluariæ adhibere oportet.

Ratio uictus infantium, atq; reliquarũ deinceps ætatum, ad uigoris vſq; inclinationẽ. Ca. XIIII

QVum ablactati fuerint infantes, ſuo deſiderio & hilaritati dimittẽdi ſũt, ac modice eis concedãtur & exercitatio

nes & leuia alimenta. Quũ sextum se ptimumue annum attigerint, tum & pueros & puellas literatoribus tradere oportet, benignis quidem humanisq́ꝫ, qui cũ gratia & animi securitate doceant, quandoquidẽ animi relaxatio ad vegetam corporis educationẽ plurimũ cõfert. Duodecĩo iã exacto anno, ad grãmaticos rhetoresq́ꝫ mittẽdi, atq̃ꝫ ad corporis exercitationes cogendi sunt. A decimo quarto ad primũ & vigesimũ annũ, mathematicæ, sapientiæq́ꝫ studio incumbant, & ad fortiores exercitationes pro corporis robore ducantur, vt & corpore & animo laborantes, à libidinis impetu cohibeantur

Quũ ad ætatis suæ vigorem peruenerint, perfecta educatio, tũ animi, tũ corporis eis conuenit, qua de re nullũ exercitationis genus abhorreãt, præsertim q̊ quisq́ꝫ vti solitus est. Ciboq́ꝫ pleniore, & qui bonũ præbeat alimentũ, utãtur. Inclinãte iã uigore, educatio moderatior, tũ animi, tũ corporis iuuat. Exercitatiões uero qualescũq́ꝫ fuerint, ꝓ inclinationis ratione remittendæ sunt. Neque plenior tum cibus exhibendus est, utpote habitu

eorum frigescere iam incipiente.

De frictione præparatiua Cap. XV

ANte exercitationem corpus modice calfaciemus, linteo fricantes, deinde nudis manibus ex oleo perfricabimus, donec calescat satis, ac transmutetur corpus, atque florido rubore suborto ad habitum decentem perducaur.

De exercitatione Cap. XVI.

EXercitatio est motus uehemēs. Vehementiæ terminus est anhelitus in spissitudinē permutatio. Exercitationes, instrumentales partes præparant, ut & affectionibus potenter resistant, & ad actiones reddantur fortiores. Præterea ut alimenta ualidius attrahant, promptius conficiant, & uberius deinde reficiantur propter inductum a forti motu pulmonis calorem. Itaque cum alimentū melius digeratur per corpus, si neque plenitudo, neque cruditas, tum excrementorū, tū humorum cōtineatur uel in uentriculo, uel intestinis (periculum enim est, ne priusque probe concoquātur, ad uniuersas corporis partes trahantur) constat ante alimentorum susceptionem aggrediendas esse

exercitationes. Temporis autem oportunitas, ex urinarum colore deprehenditur siquidem aquosa cruda est, significat'que iam redditum ex uentriculo humorẽ. Rufa & biliosa, iam dudum perfectam concoctionem notat. Quæ mediocriter pallet, coctionis quæ adhuc fit, principiũ sinificat. Hoc igitur tempore aggrediendæ sunt exercitationes, si prius uesicæ, uentris'que onera deijciantur.

De exercitationum generibus. Cap. XVII.

OMnibus exercitationibus commune est, quod animantia ex seipsis calorem auctiorem efficiunt. Proprium uero est, quod per singula genera discernitur. Vehemẽs enim, id est uiolenta exercitatio neruos, lacertos'que robustiores reddit, huiusmodi sunt fodere, magna onera attollere, siue in eodem loco quis maneat, siue paulum progrediatur, item si quis, quantũ maxime potest, deambulet. Huius quoque generis sunt, apprehensum manibus funẽ scandere, atque alia cõplura. Veloces exercitatiões sine robore, & sine uiolentia sunt, ut cursus, ut um

bratilis pugna, & acrochirismi, id est, q̃ summis manibus apprehensis fiunt certamina, & uel folle, uel parua sphæra ludere. Est vbi componitur exercitatio ex robusta & veloci, ut si quis robustis exercitationibus uehemẽter innixus, ueloces quoq; motiones addiderit. Præterea per exercitationes quasdã, aliis lumbi potius quã manus, aut crura laborant, aliis spina vel thorax, aut pulmo. Tamdiu uero exercitatiõi indulgendũ est quoad in tumorẽ corpus attollitur & rubescit, & motus firmi, æquabiles et faciles sunt, atq; sudor vapori uidetur commisceri. Quiescendũ autẽ tum primum, quũ ex prædictis aliquod mutabitur, ueluti si detumescit corpus, si coloris pulchritudo mutatur, si motus remittitur, tũ ilico quiescere oportet. Sudoris quoq; si uel quantitas uel qualitas mutata est, ut si minor, uel frigidior est, ab exercitatione desistere, mox circũfuso oleo fouere, ac deinde vt ludimagiistr solent, recreatoriam adhibere frictionem congruit.

De generibus frictiõis. Ca. XVIII

FRictionum uehemẽs quidem, durũ,

lenis uero, molle corpus reddit, quapropter ea quæ temperato corpore laxiora sunt, vehemeter, quæ uero magis compacta, leniter fricanda sunt. At si quis mediocri sit corpore, neq; leniter, neq; uehementer fricari debet, sed quod fieri poterit, vtrunq; uitare excessum. Porro multa eademq; uehemens frictio, corporis tumorem demittit, contra lenis & non tã multa in tumorem attollit. Igitur tres frictionum differentiæ à quantitate sumptæ, tribus à qualitate acceptis complexæ, nouem coniugationes efficient, ut in subscripta figura uidere est. Quippe una in quantitate, ut multa, tribus secundum qualitatem connexa, uehementi dico & leni, & mediocri in uehementia, tres producit differentias. Rursus, pauca ijsdẽ tribus, tres alias. Quæ uero in qualitate moderata est, illis ijsdem tribus coniugata, tres alias constituit, uti subscriptum est.

	Quantitas		Qualitas
I	Multa		Vehemens
II	Multa	&	Lenis
III	Multa		Mediocris

IIII	Pauca		Vehemens
V	Pauca	&	Lenis
VI	Pauca		Mediocris
VII	Mediocris		Vehemens
VIII	Mediocris	&	Lenis
IX	Mediocris		Mediocris

De exclamatione Cap. XIX.

NIhil ad ſanitatis tutelam conducit in exclamatiõibus cõcinna aptá'q; modulatio, grauiorum uero ſonorũ fragor, ut maxime utilis eſt, ita ſummo ſtudio uſui accomodãdus, ſiquidem multus aer hoc modo in corpus per inſpiratione͞ attractus, & thoracem, & uentriculum, uniuerſi'q; corporis meatus dilatat, pate facit'q;, quod inter legendum abundantia humiditatũ excernitur, per ſudorem quidem, ſi ualidiores, per occultam uero ex uniuerſa mole euaporatiõe, ſi fuerint mitiores, facta enim attenuatione, multæ ſuperfluitates, ut mucci ſputa, pituita, ſcreando excernuntur expenduntur'q;. Igiẽ qď præſtantius remediũ, ijs qui ob frigiditatem calfactione indigent, afferemus, quam reſpirandi functionem? Ita q; ſæpenumero legere oportet, atq; re-

misso uniuerso corpore, fusá'que carne, arteriam cæteros'que spirandi meatus in aptam raritatem diducendo, per reliquas uocis grauitates modulari, id uero neque temere, neque inconsiderate facere, sed tū demum ad uocis exercitationem accedere, si neque uiciosis corruptis'que humoribus refertum sit corpus, neque magnæ manifestæ'que in stomacho appareant cruditates, ne per uniuersum corpus corrupti uapores impensius digerantur.

De lassitudine ob exercitationem Cap. XX.

VLcerosa lassitudo excrementorum tenuium acriū'que plenitudine, constat. Tensiua autē nullū memoratū dignum excrementum corporibus infundi declarat, sed in musculis & neruis affectio quædam fit, per quam tendi uidentur. Inflammatiua uero, per quā uidelicet partes ueluti fractas tumidas'que sentimus, tunc potissimū accidere solet quū musculi supra modū calfacti auulserint ad sese ex circunfusis redundantijs quidpiam. Est & alia affectio, quarta uidelicet, quū musculi ultra quā expedit siccan

tur, ita ut si nudentur corpora & squalida & collapsa uideant, et ad motiões pigra.

Igitur vlcerosam fatigationẽ sanabis, excrementa secernens, frictione multa leni'cq;, liberaliter oleũ infundendo, quod nullam astringendi vim habeat. Scopus uero sanationis intensiua est laxitas. Igitur tensum laxabis, frictione pauca simul & leni ex oleo dulci, tranquillitate & requie, balneis temperatis, et longa in aquis calidis mora, qua de re plurimũ auxilij feres, si bis aut ter sic laborantem laueris. Tertia lassitudo quã inflãmatiuã diximus, tria habet curationis proposita, excrementi uacuationẽ, tensi remissionẽ & ardoris refrigerium, Itaq; multũ oleũ tepidũ, frictiones lenissimæ, atq; in aquis temperatis multa, diuturna'q; mora, huiusmodi fatigationes sanat, item tranquillitas maxime multa & assidua. Quarta affectio prima quidem die nulla eorũ quæ diximus mutatione indiget, eo dumtaxat excepto, quod aqua non sit calida, sed quæ densare paulatim possit. Postero die recreatoria eget exercitatione, Exiliant uero ilico ex balneis, præsertim

quum frigidam aquam ſubierint, egreſſi autem cibo ſubinde reficiantur.

De cute conſtipata. Ca. XXI

CONſtipatio fit aut ex obſtructione, aut meatuum denſitate. Obſtructionem quidem crudorum & incoctorum humorum multitudo, craſſitudóque efficiunt, denſitatem uero, uel frigus, uel aſtringentia, uel exiccantia. Id autem facile diſcernitur ablatis ueſtibus, ex cutis albicante pallore, duritie, denſitate, & quod ab exercitatione quis non facile caleſcit. Huius affectionis medela, calefactio eſt, ideoque exercitationibus vtendum eſt, & balneis calidioribus. At in frigida natatione, non longa ſit mora, & neque aqua ipſa ſit admodum frigida. Antea uero quam induantur, ungendi ſunt ex aliquo modice calorifico, ut oleo dulci tenui. Porrò cutis denſitatem efficaciter ſanat anethinum oleum, maxime ſi uiride fuerit anethum, item oleũ ex populа nigra.

De ſpontaneis laboribus. Ca. XXII

QVoniam ulceroſa laſſitudo fit ob acrium excrementorũ uicium, id ſi

paucum fuerit, sat erit recreatoria uti exercitatione. Si uero maius altiusq; talem neq; exercitari, neque ullo prorsus modo moueri sinemus, sed tranquillitatem, somnumq; praescribentes, in abstinẽtia tota die seruabimus. Mox ad uesperam ungentes, balneoq; ex aqua modice calida lauantes, cibũ exiguum & boni succi sorbendum dabimus. Sed neq; uinum ei substrahemus, utpote quod semicoctos (si quicquam aliud) concoquit humores. Quod si per ea quae diximus, malũ quieuerit, ad priorem consuetudinem pro ratione reducendus est homo, Si uero postero quoq; die permanet, ualidiori praesidio occurrendum est malo, atq; si robustae fuerint uires, duorũ alterum, aut sanguinem mittere, aut purgare conuenit, sed utrum magis faciendũ sit, discernere oportet, at si imbecilles, sanguis nequaq; mittendus est, sed moderate purgandum est. At ubi crudorum humorũ multitudo molestauerit, tum neq; sanguinẽ mittere, neq; purgare, neq; exercitari expedit, ac neq; moueri, neque lauari. Seruãdi itaq; tales in omni trãquillitate sunt

Atque

Atque edulia, & potiones, & medicamẽta, quæ extenuandi diuidendi'que uim habeant, citra calefactionem manifestã exhibeantur. Igitur pro cibo oxymel, ptisanæ paulum, nonnunquã mulsum quoque dabimus. Quoniã uero omnibus his præcordia suspenduntur, inflantur'que (eo qđ facile uentosum fit quicquid eis exhibetur) haud ab re fuerit cũ alimentis piper quoque miscere. Satius etiamnũ fuerit diospolitico medicamẽto uti, atque eo quod ex tribus piperibus constat, oxymelle uero haud aliud utilius est. Potionis loco, apomelle (sic enim Græci ex ablutis ex aqua fauis, cremorem vocant) utantur, præcipue acido, & uinis subacescẽtibus. Cibis vero citra calfactionẽ attenuantibus, cuiusmodi sunt cappares, si uel ex oxymelle, uel ex aceto & oleo sumantur. Tensiua lassitudo, quam non induxit exercitatio, multitudinem solidas partes extendentem, declarat. At constat si multus affuerit sanguis, uenam secare, aut malleolum incidere, saluberrimum esse præsidium. Inflammatiua quæ sua sponte superuenit fatigatio, ne paucarum quidem

horarum dilationem sustinet, nedum duorum, triumue dierũ, nisi enim ilico sanguinem detraxeris, febrim inducet protinus uehementissimam. Satius autem fuerit, nisi quod obstat, bis eadem die auferre. Primum quidẽ ita detrahemus, ut animi defectionem non incurrat homo. In secunda uero missione, ne animi quidem defectio timenda est. Quod si quis ita affectus sanguinem non miserit, is nisi optima fortuna fauerit, haudquaquam seruabitur.

De uictu senum. Cap. XXIII

SEnectus frigida quidem est & sicca, corrigitur uero humectantibus calfaciẽtibus'qꝫ. Igitur fricandi sunt, sed citra fatigationem ac infirmioribus ter cibum dabimus, citra tertiam quidem horã, paulum panis cum attico melle, deinde ad septimam horam factis frictionibus, & exercitationibus pro senectutis ratione, ac adhibito lauacro, primũ quidem quæ aluum moueant, tũ uel pisces, uel aues exhibebimus. In cæna uero, ea q̃ optimos humores gignant, & quæ non facile corrumpantur offerenda sunt. Neqꝫ prohi-

beo quo minus uinis ex melle conditis utantur, præsertim si quis senex, aut in renibus calculum, aut podagram futuram timet, ac petroselinon quoq; uino tū adijciendum est, Quod si ob genitam in uentre pituitam, cogamur eligere quæ eam diuidant, transeundum subinde est ad humectantem uictus rationem, exhibitis ante alia alimenta ficis maturis, atq; per hyemem caricis, nisi in dextra præcordiorum parte accidentis cuiuspiam sensus obstiterit. Cæterum quum in senili corpore & pituita, & serosa excrementa cumulentur, necesse est quotidie & urinam ciere, & absorpto ante cibos oleo, aluum soluere. At constat quod omnia olera ante cibos ex oleo & garo edenda sunt, olinas quoq; ex muria atq; pruna damascena capere debēt. Porrò fortiori alui astrictioni præsidium afferunt & mercurialis & cnecus, atq; terebinthina resina pōticæ nucis magnitudine. Interdum clyster ex oleo suppressam aluum commodissime soluit.

De rugato contractoq; corpore. Cap. XXIIII.

CVtis erugationē facit erui farina mi-
cti albæ adiecta. Aliud smegma cō
tinenter purgans, ficus pingues cū bryo
nia contritas, & farinam erui contusam,
atq; sepiæ testam, exiguo melle instillato
excipere oportet.

Vt suauis sit corporis odor. Ca. XXV.

VT suauem corpus odorem reddat.
Cyparissi comam aridam contun-
dens, aut piceæ corticem vnguento mi-
sce. Neq; obliuiscatur quis, mane postq;
fuerit indutus: paulum aut casiæ, aut sabi
næ degustare.

Ad habitum calefacien-
dum. Cap. XXVI.

AD habitum uero calefaciendum in
trito calorifico vtendum est, quod
habeat calamintham, amaracum, hysopū
lauri baccas, rorem marinum, lapidē pyri
ten, salem, fecem vini ustam, nitrū, pumi
cem, pro ratione singulorum. Item parū
sinapios & vuæ timiniæ, quam Græci sta
phidagrian nominant & grani gnidij. A
lauacro uero utatur calido apoco bibat q;
vinum fuluum vetus, & potionem ex vi-
no mulso, pipere, rutha, & similibus.

Ad coloris vicium Cap. XXVII

COrporis viciatum colorẽ emendat vita iucunda, mansuetá q́ue, cibus boni succi, cui radiculam, porrum q́ue cum uiridi cicere miscebimus. Ac coloris quoque pulchritudinem efficit, mali punici dulcis succus absorptus, neque ab re fuerit, oleum adijcere, elixa in ipsa bryoniæ radice. Hæc enim præsidia corpus politum reddũt. Scissuris illinenda sunt glutinãtia, quæ ex abstergentiũ aliquo constent vt farina, itẽ narcissi & bryoniæ radix atque amaræ amygdalæ tum fructus, tum radix ex aqua cocta, haud inutiliter in balneis adhibentur.

Ad liuores et fuscedines. Cap. XXVIII.

A Liuore tutos reddemus senes, si pellem, quo minus afficiatur, spissam, & habitum multo calidiorem fecerimus, quod ut facilius assequamur, salem balneis adijcere oportet. Liuidas vero partes, submersa spongia in elixæ brassicæ atque absinthij decocto fouebimus.

Dentiũ custodia. Cap. XXIX

DEntes hoc modo incorrupti serua=

buntur. In primis uitare oportet ciborũ corruptionem, aſſiduũ uomitũ, & cibos dentibus inutiles, ut ficus aridas, mel coctum, palmulas, & eos qui difficulter teruntur, quiq́ glutinoſi ſunt, atq; qui fractu adeo difficiles ſunt, ut dentes moueant, & qui ea doloris ſpecie dentes afficiunt quã hæmodiã Græci uocant, nos torpedinem haud temere appellauerimus, item frigidos & omnes putres. Nequaq́ uero negligas poſt cœnã dẽtes purgare.

Vt facile quis audiat Cap. XXX.

AVdiendi facilitatẽ præſtat, in primis purgare meatum à ſordibus. Quæ ſi diutius retentæ fuerint, linamentum madens ex dropaco (ita enim uocãt genus unguenti ex pice) in ipſum demitte, atq; expreſſũ extrahe, ſimul enim & meatus purgatur, et audiendi uis reſtituitur, deinde erui magnitudine, ei per diẽ adhibita, obtura meatum. Poſtero die extrahens, unge quotidie ex oleo amygdalino, aut nardino, aut chamæmelino, aut adipe gallinaceo, aut exiguo felle bubulo. Rurſus tractu tẽporis, ex ficis cũ ſinapi tritis facto penicillo, adhibe horis dua

bus, quo subinde extracto, oleũ quod in succo asphodeli radicis ferbuerit, infũde.

Ad caligationẽ oculorũ Cap. XXXI.

NE caligatione oculi infestentur, ipsis in aqua frigida demersis modice suspicere oportet, quandoquidẽ uidẽdi robur ita intenditur, neq; uero crebra lectione fatigandi sunt, uitandũ est uinũ crassum & dulce, item cibi qui non facile ad uentriculum descendunt, & qui concoctu difficiles sũt, atq; ex quibus humores lenti crassi'q; ꝓueniunt, similiter eruca, porrus, & quæcũq; acrem uaporẽ sursum mittunt. Nocet etiã, si diuturnus fuerit supinus decubitus, frigus, uentus obuiam ueniens, fumus, puluis. Mirifice uero ꝓdest, si perpetuo mense quotidie huiuscemõi aqua oculis instilletur, quæ quidem sic præparanda est, In uas fictile extrinsecus pice illitum, fœniculũ uirentem aquã'q; pluuialẽ inijce, deinde extracto fœniculo, quod reliquum est seruato.

De facietate. Cap. XXXII.

MAximũ in cibatione facietatis peccatum est. Nã et si uentriculus ꝓbe concoquit, uenæ tamẽ nimis repletæ,

laborant, dilatantur, rumpuntur, obturantur, & flatu implentur, atq; in totum, pessimos ex satietate morbos cõstare, in cõfesso est. Porro ventriculi plenitudo, etsi omnino tolerabilior est ea quæ venis accidit, eo quod nõnunquam vel vomitu uel deiectione, id quod redundat excernitur, tamen ne hæc quidem admittenda est. Attamen si nimis ingessit aliquis, ilico vomere debet. Si enim probe concoxerit, uenæ plenitudinis periculum nõ euadent, maxime si quis iugiter per intẽperantiã se ingurgitans, nulla vtatur uacuatione, itaq; vomere debet, prius quã cibi corrumpantur. Cui uero uomere nõ licet, soluta aluus plerũq; opem tulit, at si ne hanc quidem mouere concessum est diutius dormire, & aquã calidam bibere debet, quum uero iam probe concoxerit maxime si quid excreuerit, tum & lauacro, & balneo vtatur, & salsamentũ edat atq; potionem dilutam sumat. At si neq; deiecit, neq; mature concoxit, ac totum quoq; corpus graue, & ad motiones ineptum, atq; somnolentum fuerit, mens etiam præter rationem pigrescat, venarum

plenitudo significatur. Quibus uero præter hæc fatigatio quoq; accesserit eos quieti permittere, donec ventriculus concoquat satius est, atq; sic deinde vacuare.

De ebrietate. Cap. XXXIII.

EBrietate detentis, repentinus vomitus præsentaneum auxilium affert. Oportet uero abunde aquam bibere, & mulsum, atque sic vomere, vt & plurima proijciãt, & vellicatio fiat obtusior. Post vomitum uero, & leniter ambulent, & vbertim ungantur, dein reliquo tempore, tam diu quiescant, sub tegmine dormientes, quoad soluatur temulentia.

Quibus alimẽta corrumpuntur. Cap. XXXIIII

COrruptis in ventriculo cibis hi qui excrementa corrupta deijciunt rectissima uia ad sanitatem tendunt. Quibus uero nihil subducitur, ex his quæ leniter aluum mouent irritandi sunt. Atq; sic affectis, uomitus ante cibum cõuenit, uel ex uini, uel musti potatione. Nihil etiam uel fumosum uel graue olens exhibẽdum est, aut in totum nullus cibus qui facile corrumpatur, sed alimenta boni suc-

ci eligere oportet. Ideó'q; per temporũ interualla, moderate uentris purgatiões ex leuibus medicamentis, huiuſcemodi affectione laborantibus conferunt.

De uenere. Cap. XXXV.

AC neq; uenus utilitate caret, utpote q̃ plenitudinẽ uacuat, corpus au ctũ, leue, uirile reddit. Et quod ad animũ pertinet, rationis uim impeditã ſoluit, ingentes iras remittit, idcirco melancholico aptiſſimũ remediũ eſt, ſi quicq; aliud. Reducit aũt ad modeſtiã, uel alio quouis modo inſanientes, atq; morbis, quos pituita conflauit, magnopere conducit, faſtidientibus cibi appetentiã reſtituit, non nullos à crebris quoq; ſomnijs liberat. Porrò ueneri natura calida & humida idonea eſt, quippe quæ cæteris pronior eſt ad libidinem. Concubitum uero non admittũt, uictus refrigerans arefaciẽs' q;. ætas ſenectutis, tẽpus autumni. Itaq; calida & humida educatio, atq; mediocritas & laborũ & ciborũ adhibenda eſt. Vt enim labores, ſic & cõcubitus (ſi modus ſeruetur) utilis eſt. Nã & ad opus excitat & facilitatẽ quandã ei qui ſic conſueuerit

præbet. In primis igitur venerẽ stimulat si quicq̃ aliud, alimentorũ abũdatia. Ideo q̃ cibi qui plurimum alũt, ad hanc rem sunt idonei, ut ex piscibus polypus (quippe hoc animal maxime libidinem irritare creditur) & molliũ genus. Olera aũt, orminon & hysimon, eruca, rapa, atq; hæc ueluti medicamenta sunt: Legumina uero, faba, cicer, cicera, siliqua, pisum, quia flatũ generant, vnde ruta, quia spiritũ discutit delet'q;, venerẽ obtundit. Vuas autẽ magnopere probo, siquidẽ & humectãt, et flatu corpus implent, sine quibus nullus fit in venerẽ impetus. Igit̃ qui in venerẽ congressurus est, obseruare debet, ne tũ uel satietas, uel cruditas, vel fatigatio, uel uomitio infestet, itẽ neq; purgatio, neq; repẽtinus alui fluor, q̃uis nõ nunq̃ diuturno fluori, eo quod arefacit, sit medicamentũ. Vehementem uero cõcupiscentiã, tantũ abest vt laudem, ut & magis renitendũ censeam, maxime quibus ex morbo prouenire putatur. Commodissimum itaq; fuerit post exercitationes, et balneas, atq; cibũ modicũ coire sic enĩ et robustiores erunt uires & frigoris

uitabimus nocumentum. Hora uero ad concubitum aptior est post cibum (ut diximus) & ante somnum, quippe subsequens somnus laborem remittit. Adde quod hoc tempus ad sobolem procreandam aptissimum est, cum ob alias causas tum quod fœmina dormiẽs geniturã melius retinet.

Qui coire nõ possunt. Ca. XXXVI.

PInguedine pudenda assidue illinenda sunt, adijcere uero exiguam radicis narcissi partem, aut grani gnidij, aut pyretri, aut uuæ timiniæ aut seminis urticæ oportet, aut anisi semen propinare, aut piper, aut satyrion, aut erucæ partem aut cneci, aut omnia simul. Bulbos quoqꝫ assos, rubros quidem paruosqꝫ cũ sale & oleo ante cibum deuorare, aut scyllæ parum marcidæ, uti præterea compositis medicamentis ad hoc propositũ inuentis, ac res quoqꝫ lasciuas creberrime legere conuenit.

De immodico concubitu. Ca. XXXVII.

FRequens concubitus corpus rarius, frigidius & imbecillius reddit, ergo

constipantia uidelicet & calorifica & hu mectantia, & robur afferentia adhibere oportet. Itaq; si quē immodica uenus læsit sub calido operculo quietus dormiat, donec corporis impetus remittatur, ac ipse sic ab imbecillitate leuetur.

De genitalis seminis abundantia. Cap. XXXVIII.

SVnt nonnulli qui cumulato multo ca lidó q; genitali semine, in uenerē ruunt, quod cum eiecerint, imbecillum effi citur corpus, ac stomachus quoq; resolui tur, extenuatur & arescit. Si uero à coitu abstinuerint, accidit et capitis grauitas & nausea, deinde per somnum excernētes ipsum, eodem modo afficiuntur. Quibus nihil unde seminis abundantia proueniat, exhendum est, sed & cibos & medica menta ipsum destruentia assumere, & lū bos à balneo ex oleo rosaceo & melino & omphacino ungere debēt, adiecta eis cæra, ut crassiora reddantur. Miscentur quoq; succi refrigerantes, ut semper uiui solani, umbilici ueneris & psilij, atq; hæc quidem estate, reliquis uero temporibus tum alia, tum lactucæ succus & ligni se=

men ex aqua coctum, nam et hoc refrigerantem succũ præbet, similiter plumbi lamina lumbis supposita, seminis per somnum profusionem cohibet. Idem efficiũt herbæ frigidæ substratæ, adiecta ruta, & tenellis amerinæ surculis, ac lini quoq; semen, & rutæ semen datum in cibum. Cauendum uero est ne dum lumbi tam studiose refrigerantur, renes afficiantur iniuria.

De infrigidatis. Cap. XXXIX.

QVi immodici frigoris incommoda senserunt in loco calido decumbãt uncti aut cyprio, aut irino, deinde paulũ iã calfactis aliquid piperis, & myrrhæ ex uino dulci odorato ueteri dare oportet, aut succum cyrenaicũ ex uino uel aceto, aut pyretrum, aut castorium ex aceto, ac cibus quoq; calidior exhibendus est.

De combustis. Cap. XL.

COmbusti, in locis auræ patentibus decumbere debent, faciem, manus crura, aqua frigida rigare. Sitim uero aquæ frigidæ potatione, pro consuetudinis ratione compescere. At uero non affatim, sed paulatim hæc facere oportet.

Cibum exiguum, & qui facile conficiatur, ac humidum magis quam solidum assumere.

De pituita in superiore uentre redundante. Cap. XLI.

SI cuipiam occurras, qui ualentissima quidem alimenta renuit, atq; nihil cibi assumit, & si inferre cogas, nausea afficitur, cupit'q; forsitan solum quæ acria sunt, & ne ijs quidem delectatur, sed inflatur tenditur'q; uentriculus, atq; nauseat, & à solis ructibus paulum releuatur, interdum quoq; suscepta alimenta corrumpit, in acidam maxime corruptionẽ, non te lateat summam curationis in expurgatione uentriculi à pituita consistere. Equidẽ noui quendã ita affectum, epota radicula ex oxymele, incredibilem crassæ pituitæ multitudinẽ vomuisse, atq; sic perfectæ sanitati subinde restitutũ.

Vt facile quis vomat. Cap. XLII.

QVoniam difficulter uomentes, plurima solent cruciare incõmoda, operæpreciũ fuerit docere quõ quis facile vomat, ut et pituita uacuet, et caput leuius reddat, et ne ĩcrudescat id q̃ auidius se

quis ingurgitauerit, ne ue ledatur, qui ui nũ intemperate potauerit. At neq; acerba, neq; arida offerẽda sunt, sed quæ partim dulcoris, humiditatis'q;, partim uero acrimoniæ modum habeant. E quibus ꝓbatissima sũt radicula, eruca, salsamentũ uetus, origanum uiride, paulum ceparũ & porri. Vomitum quoq; promouent legumina, ut ptisana melle condita & faba elixata, itẽ carnes pingues. Oportet uero non iuscula solum, uerum totam quoq; ipsarum molem deuorare. Igitur uomiturus non diu manducationi immoretur, omnia'q; per elixationem molliora fiant. Atq; deligenda sunt uina dulciora. utpote quæ magis supernatare consueuerunt, sit'q; potio tepida, ac amygdalas quoq; in melle submersas edere, & placentas gustare conuenit. Item peponis & cucumeris semen maceratum, tritũ'q; mellis loco sumere, idem facit cucumeris radix cum melle trita. Si uero ualidiora petis, narcissi bulbo ex aqua cocto, uinum infice. Neq; non uomitum prouocat irinum unguentum, si quis illitis ex eo digitis, irritet. Id quoq; ad uomitũ pertinet

tinet

tinet, ut non prætermittas post uomitionem abluere os & faciem, vel ex oxycrato uel ex aqua, sic enim & dentibus opẽ feres, atq; capitis grauitatem leuabis.

Quæ sanis aluum soluant, & quæ vrinam moueant. Ca. XLIII.

VEteres satis esse putabant ad bonã valetudinem tuendam, si quotidie & alui onera, & urina commode & sine reprehensione, pro alimentorum potionis'q; multitudine deijcerentur, atq; procedente re ex sententia, laudabant. Sin minus, urinam quidem mouere studebãt elixantes ex aqua scandicem, apiũ, asparagum, petroselinon, anisum, calamintham, origanum, absinthium, graminis, cardui'q; radicem, cytisum, capillum veneris, adiecto'q; vino, subinde potui dabant. Hæc enim per vrinam sanguinem expurgant; quod haud paruum existimatur præsidium. Aluum uero soluebant, iubentes iam ad somnum conuersos, resinã terebinthinam, quæ oliuæ magnitudinem æquaret, deuorare. Quod si magis citare uoluerimus, paulũ radicis ponticæ (quæ vulgo reubarbarum uocatur)

miſcebimus. Idonea quoq; ad uentris ſolutionem ſunt oua ſorbilia, atq; ex oleribus beta, malua, item limacis iuſculũ, atq; ſæpe id auxilij ſatis eſt. Validiora vero ſunt, mercurialis cũ ſale ex aqua cocta & cõmeſta, atq; ius eius epotum, item ſambũci folia & polypodij radix duarum drachmarũ pondere ſalſamento inſperſa, uel ex ptiſana etiam abſorpta. Seri quoq; lactis tres quatuorue hæminæ cũ ſale aut melle. Et ueteris gallinacei ius aut per ſe aut cum duabus drachmis cneci idem facit. Nonnunq; aloe trium cicerũ magnitudine poſt cœnã aſſumitur. Optimũ uero eſt poſt mediocrem cœnã epithymũ ex vino potare. Si quis aũt fortiore eget uacuatione, ſub uerna aurora epithymi drachmam ex oxymelle bibat.

De clyſteribus. Ca. XLIIII.

SVnt nonnulli aluo aſtricta, quorũ ſtomachus ob imbecillitatem non ſuſtinet ea quæ uentrem ſubducunt, ij clyſteribus ſoluendi ſunt. Itaq; retentam in inteſtino pituitã purgabimus, coquentes ficus aridas, betam, nitrum, agreſtis cucumeris radicem cum melle, atque oleo uel

chamæmelino uel anethino. Si uero ſicci tas infeſtauerit, decoctũ ex althea & fœno græco & chamæmelis inijciemus, adijcientes oleum & paulum mellis. Interdum etiã oleum per ſe duorũ acetabulorum quantitate iniectum, deſideratũ præſidium attulit, hoc tamen non aſſidue faciendum eſt, ne ob crebram irritationem natura ſpontaneæ ſecretionis opus, tradat obliuioni.

De glandibus. Ca. XLV.

SAepenumero glandibus utimur ſtercoris educendi gratia, ac in his quoq; quibus id quod per clyſterem iniectũ eſt nõ educitur. Formantur autem glandes ex ſale aſſo & melle & nitro. Thymus etiam cocto melli adijcitur, fiunt interdũ ex reſina terebinthina, adiecto nitro, itẽ ex non tam multo grano gnidio. At quia uellicant, non ſine oleo adhibeãtur. Præterea addito uel pyretro uel pipere, paralyticis opem ferunt, atq; ijs qui à frigore inflantur. Item centaurium, pici, cærato'q; mixtum, pudentis reſolutis præſentaneum fit remedium. Infantibus uero ſalis granum imponimus. Nonnunquam

ſicum quoq; adiecto nitro.

De apophlegmatiſmis caput uacuantibus, & ijs quæ per nares purgant, & de unguẽtis. Ca. XLVI.

HVmores ex capite per ſputa uacuamus, id ſi leniter facere propoſuerimus, piper adijcimus maſtice. Si uero ualidiorem quærimus uacuationem, aut pyretrum, aut vuam timiniam mandere iubemus. Anemones etiam cuiuſuis radix menſa, pituitam euocat, item cortex radicis capparis, atq; ſeroſa quidem excrementa per ea quæ diximus excernuntur. Craſſiorem uero pituitam purgat ſinapi ex oxymelle gargarizatum, aut ſapa in qua decoctũ ſit uel origanũ uel hyſopum, cui equidem ſinapi cum oxymelle miſcere ſoleo. Vt uero à muccis purgetur cerebrum, excitabimus ipſum acribus medicamentis irritantes, quorũ nonnulla ſternutamentũ mouent. Igitur per nares purgat, & anagallidis, & cuiusuis anemones, atq; betæ ſuccus. Item foliorũ cucumeris agreſtis ſuccus, aut per ſeipſum, aut ex iure, ſucco ue betæ naribus infuſus. Vbi uero crudi humores in

thoracis pulmonis, capitisue partibus cõtinentur, nihil proficit sternutamentum.

Vnguentum oris huiusmodi est. Saponem ex betæ succo diluens, palatũ & columellam unge, est enim efficax auxilium, & per nares quoq; purgandi uim habet. Euphorbio etiã naribus illito, sæpenumero usus sum. Itẽ melanthio, à q̃ & Archigenes, ubi nares obstructæ sunt opem petit, Priori Crito utitur ex aceto ad morbum regium.

Quæ menstrua ducant. Ca. XLVII.

QVæcunq; urinam citant, eadẽ quoq; menses ducere possunt, huiusce modi est radicis brassicæ decoctũ potui datum, persicæ radix, ruta, chrysanthæmon, dictamum, erucæ semen. Sunt nõnulla quæ ad os uteri adhibita, menses euocant, ut ruta cum melle illita porri succus, allium tritũ, myrrha ex uino diluta, leporis coagulum.

Quæ sudorem mouent. Ca. XLVIII.

SVdorem mouent chamæmelon aridum tusumq; adiecto oleo, atq; ualide perfricata superficie, seseli, pyretrum cachryæ, anetũ similiter oleo excepta, ni

trum non admodum tenue cum oleo, salis flos ex oleo, succus cyrenaicus ex aqua dilutus, si corpus ex eo fricetur, bibatur q̃ ciceris magnitudine, item calaminthæ & ex mulso potui data, & extrinsecus per frictiones corpori admota.

De aere. Cap. XLIX

AEre exacte püro, utpote qui neq; stagnorũ neq; paludum, neq; barathri cuiuspiam pestilentem aurã eructantis, uaporibus inficitur, haud nõ alius melior est. Contra malus est, quẽ cloaca aliqua magnam urbem purgans, perturbat & nebulosus, item qui in ualle undiq; editis montibus contentus, nullã suscipit auram. Igitur qui sic infectus est aer, omnem ætatem, omnẽ q; temperaturã similiter lædit, optimus uero omnibus ꝓdest. At in qualitate, ut calore, frigore, ariditate, humiditate, aer mutatus, haudquaquã similiter omnes afficit. Quippe temperato corpori, temperatus, distemperatis uero qui contrariã habuerit temperaturam, aer utilis est.

De aquis. Cap. L.

OPortet quoq; aquarum & uirtutes & uitia non ignorare, quippe quæ

magnum vsum præ cæteris rebus, omnibus præbent ad uniuersam ferè uictus rationem. Scire itaq; licet optimã aquã esse, quæ nullã neq; gustanti, neq; olfacienti de se præbet qualitatẽ, sed & bibenti iucundissima, & aspicienti purissima uidetur quod si à præcordijs quoq; celeriter descendat, nullam aliã hac meliorẽ quærere oportet. Quæ uero longa in præcordijs facta mora, stomachũ lædit atq; inflatum grauem'q; reddit, uitiosa putãda est. Neq; enim calescit, neq; frigescit facile huiusmõi aqua, ac elixata quoq; in ea, tardissime ægrè'q; coquuntur. Itaq; operæprecium fuerit experimento eam discernere. Igitur qui per signa ipsam noscere uoluerit ex ijs q̃ dicturi sumus iudicet. Sane q̃ ad aquilonẽ & solẽ occiduũ fluit, tarde trãsmittitur et incoctilis est, atq; difficulter calescit frigescit'q;. Quæ uero ad ortum, ut per meatũ aliquẽ, aut per terrã decurrit et citissime calescit frigescit'q;, hæc de se optimæ aq̃ spẽ p̃bet. Necnõ bona est, q̃ æstate frigidior, hyeme uero calidior est. Sũt qui aquas in statera ꝓbãt, quippe qui putant leuiores esse meliores, id si cum

ijs quæ diximus nō discordat, laudamus, si uero non alio signo fulciatur, haud satis facit ad perfectam bonitatis coniecturam. Porrò pluuialem aquam Hippocrates inquit esse leuissimam, dulcissimā, liquidissimam, & tenuissimam, quoniā sol leuissimum tenuissimū́q; trahit, id́q; nō solum ex alijs aquis, uerū etiam ex mari & corporibus, ideóq; nulla omnium uelocius putrescit, utpote quæ ex diuersis qualitatibus constat. Nemo uero existimet aquam facile putrescentem esse pessimam, quippe alterationis promptitudo uirtuti potius quā uicio tribuenda est. Igitur quæ habet optimarum aquarū notas, si facile quoq; putrescat, optima iudicanda est, quū uero mutari cœperit, bibentibus & raucedinē & tussim, & uocis grauitatem affert. Pluuialis aqua, quæ æstiua est & cum tonitru, melior est quam procellosa. At quæ à glacie & niue defluit, omniū pessima, siquidem per aquæ concretionem tenuiores partes omnes exprimuntur. Si uero uel limosa uel putris fuerit aqua, aut mala qualitate affecta satius erit ipsam per decoctionem corri-

gere, ac sic subinde bibere. Succurrimus etiam aquæ uicijs, uinũ miscentes, astringenti quidem dulce, alijs uero acerbum. Necq; non prodest quasdam aquas percolare ut limosam, ut salsam, id'q; cum polenta. Aqua uehementer frigida post cibum bibenda est, sed non affatim. Sunt qui contra aquarũ uicia, cibos, potionesq; inuenerint, atq; alij quidem ius cicerũ propinant, aut ipsamet edunt, alij caucalidem (id est pedem pulli) cũ pisciculo aliquo coctam, & fœniculum similiter. Nõnulli prius betam, cucurbitam'q; sale conditam cum uino diluto, edunt.

De lauacris. Cap. LI.

QVũ aquæ frigidæ lauacrum laudamus, non ijs qui quomodolibet degunt, sed illis duntaxat qui exacte uiuunt, & laboribus cibis'q; quoad fieri potest, commodissime utuntur, conferre dicimus. Igitur ubi populares uehementiore egent refrigerio, sat erit natare interdum tempore æstiuo, modo bene corporati & iuuenes sint, ac frictionibus præcalfacti. Id uero obseruandũ est, ut necq; ob uenerem, necq; ob aliam causam sint

fatigati , item neq; cruditas ,neq; uomitus,neq; alui fluor,neq; uigiliæ infestent siquidem simpliciter frigido lauacro uti, haudquaq; tutũ est. Calidũ uero ut optimum est,ita & tutissimũ. Soluit enim fatigationem,discutit plenitudinẽ , calfacit, mitigat,mollit,flatus diffundit, somnum allicit,bene corporatum reddit. Est uero commodissimum cuiq;,& uiro & mulieri,& puero & seni,& priuatis.

De lauacris naturalibus. Ca. LII.

QVæ per se naturaliter´ q; proueniũt thermæ,aliæ quidẽ nitri, aliæ salis, aliæ alũinis,aliæ sulphuris,aliæ bituminis aliæ æris,aliæ ferri naturã imitantũ. Nonnullæ cõpositã ex eis uim obtinẽt. Igitur in totũ omnes per se, sponte´ q; prouenientes thermæ,exiccandi, calfaciendi q; uim habent,& frigidis humidis´ q; præcipue prosunt. Verũ quæ nitri,salis´ q; mixtura constant capiti & thoraci, & fluxionibus affecto auxiliantur , & stomacho quẽ humor infestat,& aqua inter cutem laborantibus, tumoribus ex morbo prouenientibus & pituitosis. Quæ aluminis uim habent,sanguinem reijcienti-

bus, ſtomacho uomiturienti, mulieribus quæ inordinatæ purgant̃, & quæ frequẽtes abortus faciunt. Sulphuris uero naturã imitantes, neruos mollifcant calfaciunt'q;, fatigationes ſolantur, ſtomachum uero effœminãt ſubuertũt'q;. At q̃ bituminis mixtura conſtãt, caput replent, ſenſoria lædunt, calfaciũt uero atq; mollificant ſi quis diu immoretur. Quæ uero æris uim retinent, ori, tonſillis, vuæ, oculis utiles ſunt. At ferri naturã habẽtes, & ſtomacho, & ſpleni conueniunt.

Ingrediendum uero in aquam ſine tumultu eſt, ut ipſius uis ſenſim accedens, facilius in corpus demergatur.

Quæ uictus ratio quolibet anni tempore ſit vtilis. Ca, LIII.

PErpulchrũ fuerit etiã anni tempora in uictus ratione conſiderare. Hyeme quidẽ & fortiori exercitatione, et pleniore cibo utendum eſt, præcipue ſi tempeſtas aquilonia fuerit. Si uero auſtralis, ſimiliter exercitari oportet, ſed cibo potioni'que aliquid demere, atque in totum per tempus humidum, omnino aridũ reddere corpus, per frigidum uero calidius

ac tum carnes esse olerá q; calidiora, atq; uinum bibere meracius. Aduentante uere, alius quidem per uomitũ, alius per uentrem uacuetur, alius secta uena sanguinem mittat, prout cuiusq; fuerit, uel consuetudo, uel animi promptitudo.
Aestate confert quies, exercitatio remissior atq; cibus exiguus, qui quidem ex frigidiore genere deligendus est, tum uero potioni adijcere, atq; quicquid refrigerare, humectaréq; possit, adhibere oportet.
Per autumnũ maiori cautela opus est, quippe qui usquequaq; & inæqualis, & inordinatus est, multiformésq; inducit morbos. Itaq; ne circa refrigerationem quid peccetur cauendum est, à venere q̃q; & frigida potione abstinendũ. Neq; uero aeri quis se credat, uel per matutinum frigus, uel per ardorem meridianum. Pomis impleri noxium est, non ob satietatem tantum, uerum etiam quoniã uitiosi humores inde nascuntur, atq; flatum quoq; excitant, siquidem omniũ fructuum optimi ficus, vuǽq;, & flatum pariunt, & alimenta corrumpunt, nisi ante alios cibos assumantur, præassumpti ue-

ro, neq; inflant neq; corrumpũt. Quũ frigeſcere cœperit aer, corpus pro frigoris ratione calfacere oportet, atq; omnia facere vt quum hyems iam proceſſerit. Nec ab re fuerit reuoluto equinoctio uacuare corpus ex aliquo eorum quæ diximus, ne redundantia quædam per hyemem retenta, moleſtiam inferat.

Victus in negocio degentium. Cap. LIIII

QVi in negocio uiuit, ſiue in priore uita exercitare conſueuit, ſiue nũc quoq; exercitatur, conſiderare debet an facile huiuſmodi conſuetudinẽ ita ferat, vt neq; ſubinde ægrotet, neque ſpirandi difficultate moleſtet. Quippe huiuſmodi coporis natura, ac eius quoq; quod ex longis interuallis ægrotat, haudquaq; in aliam conſuetudine mutanda eſt. At ſi iugiter aliquis ægrotare videtut, atq; id quidem ob plenitudinem, id tibi per uniuerſam ſalubrem educationem propone, ut moderata ſemper ſit ei humorũ quantitas. Si uero ob humorum uicia elaborandum eſt, ut quam optimi fiant humores. Igitur qui plenitudinem cumulauerunt

eos quidem balneum ingressos, ilico & frictionibus uti, & paulũ moueri iubebimus. Qui uero prius ea fecerint, ijs hæc eadẽ paulũ augere atq; cibũ exiguũ, eundem'q; imbecillæ materiæ ingerere consulemus. At uero qui uitiosorũ humorũ aceruo grauantur, plura habent curationis ꝓposita, quod nõ sit una uitiosorũ humorũ species, alij enim frigidiorẽ pituitosam'q; magis, alij calidiorẽ biliosiorẽ'q;, alij atræ bilis potius multitudinem aceruãt, Itaq; tales, & cibos & potiones, quæ collectũ humorẽ suapte natura generare solent, uitare debent. Omnibus uero commune præsidium est alui ductio,

Quæ uictus ratio uiatoribus sit obseruanda. Cap. LV.

LAbores itineris facile tolerabit obesus, si leniter incedat, atq; per æstatẽ quidẽ fascia, cuius latitudo sex septemue digitos, longitudo uero quinq; cubitos æquet, lumbos ad ilia usq; inuoluat, ac baculus quoq; nonnihil præsidij uiatoribus præbet, quũ enim per declinem descendere uiam oportet, corpus sese continere non ualens, ac si conto cuipiam nitere

tur, sustinet. In arduũ uero tendentes, facilius eius auxilio in accliuẽ corporis motionẽ perficiũt. Porrò ab itinere quiescenti, & unctio, & æstiuorũ ciborum aliquis & potio moderata hoc tẽpore conueniũt, & post prandiũ ante arreptũ iter quiescere, quod si migrare quis cogatur, sitiatq́;, tenuẽ polentã ex aqua cũ pauco sale bibat. Ardores uero & solis incendium uitarè debet. Neq; nudũ soli corpus exponere, ne ab itinere arefactũ induretur, ita enĩ neq; fatigabitur, neq; ulla dictarũ affectionũ ipsum infestabit. Per frigidã uero hyemẽ iter arripere uolens prius uacuatus unctusq́; alimẽtorũ quæ hyeme sumenda p̃cepimus aliquod, atq; exiguam potionem assumat. Longiori q́; fascia, non solum lumbos, sed spinam etiam & pectus, probe apteq́; inuoluat. Quum uero quiescit, fueritq́; sub huiusmodi recreatione frigus vehemens, tum neq; ungi debet, neq; cibum, neq; potionem, neq; si illic permansurus est aliam quampiã refectionẽ capere. Cæterum post longa itinera, aliosq́; labores uehementiores, quanquam non fatigatus, ali

quis est, curari tamen exemplo fatigatorum debet, ut uidelicet facilius futuras iniurias deuitet.

Nauigantium uictus. Cap. LVI.

VOmitio quæ nauigantibus accidit, in principio quidem neq; facile neq; utiliter arcetur, quippe quæ magna ex parte iuuare solet. At post vomitum exiguum eundem'q; boni alimenti cibũ offerre oportet, atq; lente aut arida, aut elixa, cui paulum pulegij adiectum sit, uti, aut panẽ ex uino diluto odorato'q; maceratũ sumere. Sit uero potatio exigua atq; ea uel uini diluti odorati'q; aut aceti mulsi. Porro lentes coquere oportet donec mollescant, tum terere atque siccare, deinde in uas fictile reponere. Diuturniore autem frequentiore'q; facto vomitu cibos uehementer repressiuos adhibere, exiguam potionem dare, ut acetum mulsum in quo maceratum sit thymum, aut pulegium, aquam quoq; cum farinæ flore, item uinum odoratum dilutum cũ polline. Ad graues uero in nauibus odores, mala cydonia aut thymum, aut pulegium olfacere, ac ne aspiciendum quidẽ quoad

quoad fieri potest, mare est, donec con-
sueuerit quis in nauibus uersari. Aquis
uero quæ potui dantur, intendendum est
ut neq; turbidæ neq; graue olentes, neq;
salsæ sint.

De carnium pur
gatione. Cap. LVII.

SI obesum nimis est corpus, eliquare
purgaré q; ipsum oportet. Ergo cum
calida temperatura, extenuandi vim ob-
tineat, eam crassis corporibus, ut ad me-
diocritatem redeant inducemus. Didici
sti uero quod & uehementes exercitatio
nes & uictus tenuis, medicamentá q; ex
tenuantia & animi solicitudines, uniuer-
sam corporis temperaturã aridiorem, ac
ob eam rem corpus ipsum tenuius effici-
unt. Igitur tenuis uictus notus est. Medi
camenta uero ad hoc propositũ efficatio
ria, sunt rutæ semen maxime agrestis cũ
accinis & aristolochia rotunda, & tenue
centauriũ, & gentiana & polium, ac ea q̊
q; quæ uehementer urinam cient, ut pe-
troselinon, quippe omĩa hæc, siue singu
latim per se, siue cũ alijs efficaciter humo
res extenuare uacuaré q; possunt. Adu-
starum quoq; uiperarũ sales uehemẽter

extenũant,item theriaca diſſipandi attenuandi'q; uim habet,ſimiliter oleũ, in q̃ cocta ſit radix cucumeris ſilueſtris illitũ. Adde altheæ,gentiane panacis,& ariſtolochiæ radicem,item poliũ atq; centaurium. A lauacro nõ ilico cibũ offerre oportet,ſed ut p̃dormiat præcipere, eſtoq; lauacrũ ex aqua,quæ diſtrahendi uim habeat,maxime ſi ſponte ſcaturientem habuerimus,qualẽ Mytilenæ uidere eſt, ſin minus,ſalis flos aquæ marinæ miſceatur,cæterũ uino tenui albo'q; utendũ eſt.

Arida uero frictio(id eſt, quæ aſperis pannis ſine unctiõe atq; ſine lotione fit) uehementer extenuat.Minus etiam alimentorũ quã pro exercitationis ratione offerendum eſt,Præterea corpulenti diu ſub ſole uerſari debẽt nihil potare,ſemel duntaxat cibum ſumere, aſpera frictiõe ex ſale nitro'q; uti,quippe in balneis nitri plurimum attenuat,non tam multum uero ut uegetius nutriatur corpus excitat. Attenuat præterea medicamentum quod habet piperis & petroſelini duplũ, aſari & aniſi dimidium,id & urinam & alui quoq; ſedimina utiliter ducit.

Quomodo nutriendi ſunt graciles. Cap. LVIII.

CVm uero extenuatos nutrire uoluerimus, ui num craſſum, edulia ualentiſſima, exercitationes lentas, frictionem mediocrem, & ut ſimpliciter dicam, omnia prædictis contraria facere oportet, picare quoque eos tribus quatuor ue diebus non mediocre præſidium eſt. Quod ſi ieiunus aliquis lauetur, ante lauacrum linteo confricari expedit, donec totum corpus rubeſcat, tum frictione uehementi quidem, non tamen multa cutem obſtruere, atq; ſic denſam duramq́; efficere. Cæterum qui non aluntur pallantq́;, ijs iram inducere animumq́; irritare prodeſt.

De partium attenuatarum curatione. Cap. LIX.

PArtes plerunq; extenuantur, aut ob diuturnũ ipſum ocium, aut ob confractiuum deligandi modum. Ideoque firmandæ ſunt partis uires conuellenduſque ſanguis plurimus, tum frictionibus modicis, tum idoneis motibus, ac aſperſione quoque aquæ mediocri-

ter calidæ. Quæ quidem tantisper facienda sunt dum rubescat, attollatur´que, desinendũ uero anteq́ remittatur. Picare uero, ut dictum est, partem conuenit, atq́ si frigidiorẽ eam senseris, linteis, ac calorifico aliquo medicamento perfricare. Equidem tapsiam interdum ex melle, interdũ cum cærato illinere solitus sum.

Quæ sint optimi temperamẽti notæ. Cap. LX.

TEmperatissimus hõ est, cuius corpus omnium extremorũ exacte medium obtinet, ut gracilitatis, crassitudinis molliciei, duriciei, caloris, frigoris, humiditatis, ariditatis, atq́ ut breuiter dicam, cum & naturales et animales functiones irreprehensibiles habuerit, mediũ quoq́ fuerit hirsuti glabri´que ac nigri & albi. Pilos uero habeat, in puericia quidem rufiores quã nigriores, contra uero cum adoleuerit,

Distemperatorum corporum notæ. Cap. LXI.

COrpora temperato calidiora citius crescunt, ac similiter ad augmentũ perueniũt atq̀ tangentibus quoq́ calidiora apparẽt. Haud ita multa sunt pingue

dine, colore rubicũdo, pilis nigris, modi ce hispida, latis uenis. Quod si parum musculosus quis fuerit, uideatuŕꝙ pinguis crassusque, ac uenas quoque latas habuerit, non natura, sed consuetudine pinguis effectus est. Frigidioris temperaturæ signa si frigidum tangentibus uideatur corpus, & glabrum & pingue. Horũ color, una cum capillis rufus ac liuidus quoꝙ necessario, si multum excesserit frigiditas. Arida uero, & durior est & gracilior quã bona temperatura, atꝙ subhirsuta, siquidem duricies ab arida temperatura separari non potest, gracilitas uero non solum innatas, uerumetiam acquisitas, quæ uel ex modica oriũtur cõsuetudine, sequitur temperaturas, siccitatis præterea signum est, si ea quæ exiccãdi uim habent, & difficulter mobile & aridum, ac squalidũ corpus efficiunt. Humida in cæteris quidem similis est bonæ temperaturæ sed mollior corpulẽtioŕꝙ quippe cum inseparabiliter eam comitetur & mollities & crassitudo, quod nõ solum de innata temperatura, uerum de eã quoꝙ, quæ ex parua quadam consuetudi

ne constitũta est, intelligitur. Cæterũ, proprium humiditatis signũ est, grauari corpus ab humidioribus. Calida & sicca, extremæ distemperantiæ est, eius capilli in iuuentute & facile augentur, & nigri & multi sunt, attractu temporis caluescunt huiusmodi naturæ, uenæ latæ sunt, similiter & arteriæ, quæ & magnæ sunt, & uehementer pulsant totũ corpus robustũ, firmũ, musculosum, pinguedinis expers, cutis uero & durior & nigrior apparet. Quibus frigida humidáq; fuerit temperatura, ijs & thorax, & uniuersum corpus strictũ est ac glabrum, cutis lenis albáq;, capilli subrufi, maxime in iuuentute, neq; caluent in senectute, sunt uero timidi, pusillanimes, somnolẽti, uenis latentibus, crassi, pingues, musculos habẽt imbecillos infirmósq;, atq; blesi quoq; magna ex parte sũt. Quod si plurimũ frigiditas humiditásq; augeãtur, erit color una cũ pilis rufus, liuidi uero euadẽt si supra modũ excedant. Cæterũ frigida humidáq; temperatura mollior ac corpulentior est quã optima, quæ si plurimum intendatur, facile morbis qui ex putredine

proueniunt afficitur. Qui uero paulo hu midiores, multo uero calidiores sunt, ij ut paulo molliores sunt tēperatis, ac carnibus magis abundant, ita multo hispidiores calidiores'q; euadunt. Si autē frigiditas una cum ariditate æqualiter augeāt parum musculosum erit corpus, ac imbecillum quoq; & glabrū, tangentibus uero frigidum apparebit, neq; pinguedine carent huiusmodi corpora. Licet enim tenuia sint, pinguedo tamen per carnes dispersa conspicitur. Color uero capillorū frigiditatis modum ac proportionē imitatur, Quod uero ad animi mores pertinet, pusillanimes, timidos et tristes facit huiuscemodi temperatura. Atque ut summatim dicam, in coniugatis temperaturis, uincentis semper qualitatis signa uincere consueuerunt.

De capitis formatione. Cap. LXII.

PAruum quidem caput, uitiosæ constructionis cerebri proprium est indicium, magnum uero nō necessario bonam cerebri composituram significat, si enī ob insitæ potentiæ robur optimā materiam formātis eueniat, bonū signū est,

ſi uero ob ſolam materiæ multitudinẽ nõ bonum. Itaq; diſtinguenda ſunt hæc, tũ ex ipſa capitis figura, tum ex his quæ ab eo oriunt. A figura quidẽ ſi cõcinna eſt, quippe hoc ſemper bonum eſt ſignum. Ab ijs uero quæ oriuntur ab ipſo, ſi optime conſtituta ſunt, ſi omnis neruoſa ſubſtantia bene coaluit, & ualida eſt, atq; ſi acute uidẽt oculi. In pyramidis uero ſpeciem faſtigiata capita, deficientem in frõte, uel occipite habent eminentiam aut plus quã deceat auctam. Igitur ut paruitatem, ita has quoq; uituperamus figuras quarum nonnullæ, q̃uis raro bonæ ſunt, quum formans uidelicet poteſtas ualida fuerit.

Temperaturæ cerebri notæ. Cap. LXIII.

TEmperatum cerebrum mediocritatem ſeruat animalium operationum & excrementorum, ac minime ab omnibus quæ extrinſecus occurrunt læditur. Horũ capilli per infantiam quidem, ſubrufi ſunt, in pueritia ſubflaui, in adoleſcẽtia uero flaui atq; medij ſunt inter exacte criſpos ac ſimplices, neq; calueſcunt facile. Si uero calidius temperato fuerit,

omnia quæ circa caput sunt, & calidiora & rubicundiora apparent, necꝫ latent oculorum uenæ, capilli ilico post natiuitatē ex capite prodeunt, multo quidem calidioribus, nigri, robusti, crispi, nō multo uero, primum quidē subflaui, deinde nigricant, procedente uero ætate caluent, qui sic affecti sunt, atqꝫ si integra sanitas est, excrementa eis pauca sunt, capita replentur à calorificis edulijs odoribusqꝫ, atqꝫ ab ijs quæ extrinsecus occurrūt, breuibus somnis atqꝫ ijs haudquaqꝫ profundis huiusmodi temperaturæ contentæ sunt. Frigidioris quā conuenit cerebri notæ, excrementa plura per ꝓprios meatus, capilli recti, rufi, stabiles, & facile à refrigerantibus causis læduntur, destillatione, grauedineqꝫ assiduē capiuntur, oculorum uenæ uisu effugiunt, atqꝫ somnolentiores quodammodo sunt. Qui ſicciori sunt cerebro, huiusmodi notis deprehenduntur, meatus nulla superfluitate redundant, sensus habent exacte liquidos, uigilaces sūt, capillos robustissimos haud multo postqꝫ geniti sunt, producūt atqꝫ eos crispos magis, sed celeriter

caluent. Hũidioris cerebri capilli simplices sunt, & haudquaq; caluitiũ admittunt, sensus turbulenti, excrementorum multitudo, somnus ꝓlixus atq; profundus. Si uero calidũ & siccũ fuerit, superfluitatibus carent, sensibus uigent, uigilantissimi sunt, facileq; caluescunt, & primus quidẽ capillorũ ortus celerrimus est, & bene coalescẽs, nigros habent capillos, & si quis caput tetigerit, ipsum calidũ iudicabit, atq; ad uigoris usq; ætatẽ rubicundi sunt. Quod si calori humiditas quoq; accedat, neq; multũ utraq; mediocritatẽ superet, ijs & coloris gratia, et calor inest, & oculorũ uenæ magnæ, excrementa plura mediocriter concocta, capilli recti, subflaui, neq; caluent facile, caput à calorificis humectantibusq; læsum, facile & impletur & grauatur, uigilare diu nequeũt, dormiẽtes uero imaginibus per insomnia infestantur, uisus eis turbidus, ac ne sensus quidẽ uitio carent.

Frigidæ aũt simul & aridæ cerebri tẽperaturæ frigidũ et decoloratũ caput reddunt, neq; oculorũ uenæ prominent, & à refrigerantibus causis facile læduntur

huiuſcemodi temperaturæ, idcirco inæ-qualiter ſani ſunt, ſenſus eis in iuuentute quidē ſinceri illeſi'q; ſunt, ætatis uero ſuc-ceſſione celeriter marceſcūt, atq; (ut ſum-matim dicam) omnia quæ circa caput ſūt feſtinā minantur ſenectutē. Cæterū poſt natiuitatē uix eis capilli oriūtur, male co-aleſcunt & rufi ſunt. Frigidæ & humi-dæ cerebri temperaturæ ſomnolentos, ſoporatos'q; efficiunt, ſenſus hebetes ſu-perfluitatibus redundantes, tales & faci-le à frigore afficiuntur, & caput plenitu-dini obnoxium habent, atq; deſtillatione grauedine'q; facile corripiūtur, ſed haud quaq; calueſcunt.

Quibus notis uentriculi tempera-tura deprehendatur, Ca. LXIIII.

VEntriculi natura quidē aridioris in-dicia ſunt. Si celeriter ſitibundi fiāt & exiguus eis ſufficiat potus, ac multo grauent, & fluctuationibus infeſtentur, cum ſcilicet ſupernatauerit id quod re-dundat atq; edulijs delectantur aridiori-bus. Humidioris, ſi neque ſitibundi ſunt, ac redundantem quoq; humorem ſine moleſtia tolerāt, atq; alimentis gau-

dēt humidioribus. Calidior natura uē-
triculus melius concoquit q̄ appetat, ma
xime dura & quæ ſuapte natura difficul-
ter conficiuntur, gaudet multis tum ali-
mentis, tum potibus, & neq; frigida no-
cent ei, ſi modice ipſis utat̃. Frigidus
natura uentriculus, idoneus quidem ad
appetendū, ſed ad cōcoquendū ineptus,
præcipue quæ non facile concoquuntur
aut quæ frigida ſunt alimenta, nam facile
aceſcūt in ipſo, gaudet uero frigidis, ſed
ab immodico eorū uſu læditur. Quæ
uero morbi rationem habent, uentriculi
intemperantiæ, hoc ab innatis differunt,
quod contraria nō ſimilia appetunt ut na
turales. Igitur ſi probe concoquit uen
triculus, temperatus, ſi uero non conco-
quit, intemperatus eſt. Item ſi fumoſum
ructat, immodicus igneuſq; eſt eius ca-
lor, ſi uero acidum, econtrario, atq; qui ci
bos coctu difficiles conficiunt, immodi-
co ſunt calore, ideoq; eos qui facile con-
coquuntur, ut piſces molliores carnis, ac
alios huiuſmodi corrumpunt. Carnes ue
ro bubulas facile concoquūt. Rurſus qui
has quidem conficere nequeunt, piſces

uero concoquunt, considerare oportet, num ob humorẽ aliunde affluentem hoc accidat, quippe pituitosi acidũ, biliosi fumosum & graue olens, atq; alias quasdã extraneas qualitates ructant. Nausea autem utrisq; cõmuniter accidit. Verum si uitiosi humores uentriculum implentes in eius cõcauitate natauerint, uomitu eijciuntur, si uero in orificij ipsius tunicis cõtinentur, inani ad uomitum nausea frustra cruciant.

Pulmonis signa. Cap. LXV

NOn solum uentriculus sitibundos & non sitientes efficit, atq; frigidæ calidæue potionis appetentes, uerum etiam ea quæ in thorace continentur uiscera, cor, pulmo, iecur, cum itá q; biberint tales, non ilico sedatur eorũ sitis, atq; frigida exiguá q; potio magis quã multa et calida, eorũ sitim solatur, ac frigidus aer inspiratus refrigerat eos, cum nihil iuuet ob uentriculum sitientes. Sic qui ecõtrario affecti sunt, à frigida inspiratione sensibiliter molestantur (quæ potissima frigidi pulmonis nota est) ac pituitam quoq; cum tussi screantes expuunt. Vt autẽ ari

di pulmones rariſſime excrementis pitu itá q; abundãt, ita humidi maxime excre mentoſi ſunt, & obſcuram raucaḿ q; uo cem reddunt, præſertim ſi quis uel uehe mentius, uel acutius loqui ſtuduerit.

Cordis ſigna. Cap. LXVI

CAlidioris cordis ſigna ſunt, reſpirationis magnitudo, pulſus uelox & denſus, audacia atq; furioſa ferocitas, thorax hirſutus, maxime ſecundũ pectus, et ea quæ præcordijs uicina ſunt, atq; magna ex parte totũ corpus calidum, niſi magnopere renitatur hepar. Sane thoracis amplitudo caloris ſignũ eſt, niſi in hac re cerebrũ ei uehementer obſtiterit. Cor frigidius, pulſus reddit temperatis minores, tales ſuapte natura timidi, puſillanimeś q; ſunt, præcipue ſi glabrum fuerit eis pectus. Aridius cor pulſus efficit duros, & iram, lentam quidem ſed ferã, & quæ nõ facile pacatur, atq; uniuerſum quoq; corpus aridius, niſi reſiſtat iecur.

Humidioris cordis ſigna, pulſus molles, & mores ad iram quidẽ proni, ſed q̃ facile ſedari poſſit, atq; totũ corpus humidius, niſi iecur obſtiterit. Calidi & ſic-

ci cordis, pulsus & duri & magni, & uelo ces et frequentes sunt, atq; respirationes magnæ, ueloces, frequentes, ac hirsutissi mum est eis pectus, similiter & præcordia sunt in tractandis negocijs prompti, furiosi, audaces, moribus tyrannicis, ueloces ad iram, & non facile placant. Si uero cum calore uicerit humiditas, tales minus hirsuti sunt quam superiores, expediti ad negocia, neque fero sunt animo, sed ad iram duntaxat procliues pulsus magni, molles, celeres, & frequẽtes sunt. Humidioris & frigidioris, pulsus molles, mores pusillanimes, timidi & segnes sunt, pectus glabrum, neutiquam furiunt, ac ne ad iram quidem proni sunt

Frigidum & siccum cor, pulsus efficit duriores & paruos, ij omnium minime irascantur, sed cum irati fuerint, retinent iram, atq; glabrum est eis pectus magis omnibus alijs.

Quibus indicijs iecoris temperatura deprehendatur. Ca. LXVII

HEpatis calidi signa. Venarum latitudo, flauæ bilis abundantia, atq; per uigoris ætatem atræ, calidior est illis san

guis, atque eadem ratione totum corpus, nisi cor obstiterit, uentrem & præcordia habent hirsuta. Frigidioris, uenæ angustæ, multum pituitæ, sanguis frigidior atque uniuersi quoque corporis habitus, nisi à cordis influxu calescat, uenter & præcordia pilis nuda. Aridioris sanguis crassior & minus abundãs, uenæ siccæ, atque uniuersa corporis habitudo aridior. Humidioris notæ sanguis & abũdans & dilutus, uenæ molliores, ac uniuersum quoque corpus nisi cor obstiterit.

Calidi uero & sicci simul indicia præcordium hirsutissimum, sanguis & crassior & minus abundans, amara bilis plurima, atque per uigorem atra, uenarum & latitudo & durities, atque uniuersum corpus calidum & siccum, Sane calor à corde ꝓcedens frigiditatem á iecinore ortã uincere potest, quemadmodũ & frigiditas calorem. Siccitatem uero non potest cor humidius ad contrarium ducere. Igitur manifestum est, quod si in unum conuenerint utriusque principij temperaturæ, secundum illas exquisite afficietur uniuersum corpus. At calidum & humidum hepar

hepar, præcordia minus hirsuta facit quã calidum & siccum, plurimum uero sanguinis generat, uenas latas, habitum calidum & humidum efficit nisi cor renitatur, quod si plurimus à naturali modo fuerit utriusq; qualitatis excessus, à morbis qui ex putredine ac uitiosis humoribus fiunt facile corripiuntur sic affecti, id'q; magis si plurimum humiditas, calor uero parũ increuerit. Præterea uitiosis quoq; humoribus abundãt. Iecur humidius frigidius'q; glabrum habet præcordiũ, sanguinem pituitæ naturam imitantem efficit, uenas angustas, atq; totũ quoq; corpus similiter afficit, nisi à corde ad contrariam naturam traducatur. Frigidũ uero & siccum, parũ sanguinis & uenas strictas facit, ac corpus etiam frigidius, præcordia nuda, nisi & hic quoq; cor dominetur.

De testiculorum temperatura. Cap. LXVIII

TEsticulorum calida temperatura ad libidinem prona est, & masculorũ generatrix & fœcunda, & celeriter genitales partes hispidas facit ac uicinas q̃q; attĩgit partes. Frigida uero ecõtrario.

Humida quidem, humido multo'que semine abundat. Sicca uero exiguũ quidẽ, sed crassum semen producit. Calida et sicca temperatura, mediocriter crassum semen genitale habet, & foecundissima est, ac celeriter ab initio ad concubitũ excitat animal, & citissime genitales partes hirsutas reddit, ac uicinas quoque, superne quidẽ ad umbilicũ, inferne uero usque ad femora, quippe uehementer in libidinẽ irruit huiuscemodi temperatura, sed ilico satiat̃, & si coacta fuerit læditur. Si caliditas humiditati copuletur, hirsuti quidẽ tales, & abundant magis genitali semine, sed non magis appetunt aliis, ac minus nocet eis frequẽs coitus, quod si plurimũ increuerint calor & humor, nõ sine noxa à uenere abstinẽt. Frigida & humida testiculorum temperatura, adiacentes partes glabras reddit, & tarde coire incipiunt, neque proni in uenerem ruunt, aquosum & tenue est eis semen genitale & parũ foecundum, foeminarum'que generatiuum. Frigida uero & sicca, in reliquis quidem superiori similis est, sed crassum est ei semen genitale & perexiguũ,

De omissis. Cap. LXIX.

SIngulæ in nobis partes peculiarẽ quã dam & temperaturam & uim obtinẽt sed omniũ notas perstringere haudquaquam necessarium est, quippe quæ infinitæ ferè sunt, & nos compendium scribere statuimus. Porrò illas duntaxat persequuti sumus, quibus reliquum quoq; corpus coafficitur, reliquas uero per has, uia et ratione perpendere oportet, tũ ab excrementis, tum ex reliquis & actionibus & casibus, ipsarum temperaturas scrutãtes. Itaq; superest, ut ad præsidia quibus uniuersi corporis intẽperies corrigi possit, nostra conuertatur oratio.

Calidæ corporis intemperantiæ medela. Ca. LXX.

ERgo cum in calidis distemperantijs bilis redundet, si per inferiores subit partes, nullum negocium præbet, si uero ad superiorem uentriculũ ascenderit, post exercitationẽ & ante cibum, ac epota aqua, uomitu eijcienda est. Exercitatio eis utilis est; non uelox, non uehemens, sed segnior atque lenior. Nonnulli qui ita calent, prorsus exerci-

tationibus non utuntur, ſed deambulati-
one atq; lauacro contenti ſunt, quinetiã
poſt cibum lauacris delectant᷑. Quos
cum calore ſimul ſiccitas infeſtat, ij humi
diori egent uictus ratione, tũ ex humidis
edulijs, tũ lauacris, abſtinere uero à uali
lidis multiſq; exercitationibus debent,
quare per æſtatem citius abluantur, dein
de à cibo iterum, ac frigida quoq; potio
eis prodeſt. Porrò aridis tẽperaturis in-
feſtiſſima uenus eſt. Abſtinere uero à fa
tigatione, æſtu, curis, uigilijs debent.
Humidæ natura temperaturæ per ætatẽ
puericiæ, morbis corripiuntur, qui ex de
fluxione uel plenitudine, uel putredine
quoq; proueniunt. Igitur & multa exer-
citatione, & exacta in uentre concoctio
ne, atq; per urinas etiam ſecretione indi
gent, quod ſi bis terue ante cibum lauen
tur, idq; ex aquis ſuapte natura calidis,
mirifice iuuantur, at ne defluctionibus in
feſtentur prouidendũ eſt, & lauacris, &
multa exercitatione & cibo, & ſecretio-
ne tum per urinam, tum per aluũ, ac nihil
prohibet interdum apophlegmatiſmis q̃
q;, ac purgationibus uti, alimentiſq; bo-

ni ſucci, & uinum bibere quo urina mo-
ueatur.

Frigidæ diſtemperãtiæ remedia. Cap. LXXI.

FRigidarum diſtemperantiarum tres ſunt differentiæ, quarũ quæ ſicca eſt peſſima cenſetur, quippe quod alijs ſenibus tractu temporis euenit, id ſtatim à principio tales moleſtat. Ergo humectare calfacareq́ꝫ eos oportet, modice exerceri, alimentis calidis humidisq́ꝫ uti, uina calidiora bibere, diutius dormire. Neque negligere debemus, ut contrecta quaqꝫ die in corpore excrementa euacuentur. Concubitus ſicciores quidem omnes lædit, maxime ſi ariditati frigiditas quoque iungatur. Calidis uero & humidis duntaxat tutus eſt. Ac uitioſæ quoqꝫ ſunt tẽperaturæ, quæ frigiditati humiditatẽ copulant, quoniam morbis creberrime capiuntur qui ex defluctione proueniunt, hos à lauacris abſtinere oportet, frequẽter exerceri, uictũ tenuem, & mediocriter calidiora unguenta adhibere. Qui uero natura frigidiores quidem ſunt, modum uero ſiccitatis humiditatisq́ꝫ nõ excedunt, horũ & excitare & roborare ca-

lorem conuenit, et quod ad humiditatem siccitatemq́ pertinet, in uniuersa uictus ratione medium obseruare.

Aridæ distemperantiæ in uentriculo ueluti exemplo, mox aliarũ quoq; distemperantiarũ medela. Ca. LXXII

DIstemperantiarũ siccarum, alia est quãdo similares partes, quæ solidæ sunt substãtiæ, sicciores effectæ sũt. Hæc nullo medicamẽto uincitur. Alia subest ex hũore cõpactæ peculiaris effectus est cũ ꝓpria humiditas q̃ partes alit prorsus deperdita est. Hæc in oĩbus animalis partibus, ueluti sparsus ros cõtinet, sed sine cibo in partibus reponi nõ potest, quaꝓpter difficillima est huiuscemõi affectionis medela. In paruis uero arterijs uenis q̃ consistẽtes ariditates, curare licet, si humidos cibos exhibentes, singulss partes peculiari humiditate impleuerimus. Igitur utile fuerit laborantẽ diu in aqua tẽperati lauacri uersari, mox à balneo asininũ lac, nouũ, nuper emulctũ, cui paulũ tepidi mellis adiectũ sit exhibere, deinde quiescere sinere ad secundũ usq; lauacrũ, tũ unguento aliquo modice perfricare, dũ-

modo exhibitum lac exacte confectũ esse:tũ ex ructibus tum ex uentriculi tumore conieceris. Porrò inter primũ atq; secundum lauacrum, quatuor quinque horæ equinoctiales intercedere debent, si tertio quoq; ipsum lauare proposueris. Sin minus, plures. Atque post singula lauacra antea quam induatur, oleo perfricandus est. Quinetiã post secundum lauacrum lac ei dabimus, si id quidẽ ei gratum est. Sin minus, ptisanam exacte coctam, aut aliquam ueluti ptisanam præparatam, deinde rursus interposita requie, uel ad tertium lauacrum, uel ad cœnam ducemus. Panis ita præparetur, ut sit ꝓbe in fornace assatus atq; purus.

Obsonium præbeant uel pisces saxatiles, uel asellus (quem Græci oniscon uocant) ex iure albo. Atq; ut breuiter dicã, caput educationis est, ut cibus coctu facilis, boni alimẽti, haudquaq; uiscosus, neq; superfluitatibus redundans. Potio aũt esto uinũ aquosum, album, purum, paulum aquæ sustinens, modice stringens. Hæc sũt maxĩe ariditatis ꝓsidia. Modica uero siccitas nõ tã exquisita circa victũ

obseruatione indiget, atq; pleniorem ci bum admittit. Igitur proponatur nobis siccitas priori quidem similis, sed cui modica frigiditas fuerit annexa, in hac calorificorum materiã pro frigiditatis mensura mutare oportet, adijciendo eis quæ iã dicta sunt, ut lacti quidem, plus mellis, ac uinum minus aquosum quã id quod proposuimus, atq; edulia etiam calidiora dabimus, non solũ natiuis temperaturis, uerumetiã recentioribus qualitatibus. Præterea nardino, mastichino'q; unguẽto iugiter illinemus. Vbi uero multa frigiditas ariditati iungitur, ea ut difficillima putatur, ita maxime curationi resistit quare uel eisdem ei medicamentis succurrere, uel mel coctum abiecta spuma per se exhibere, atq; uina peruetusta eligere cõuenit. Neq; aliud salubrius medicamentum inuenitur eo, quo assidue picatores utuntur, uentriculo illitum, atq; mox antea quã refrigescat auulsum, atq; dormire cum puello corpulento, ut iugiter superiorem uentriculũ attingat, efficaciter auxiliatur. Cæterum si ariditati mediocris calor coniunctus est, in hac prima ui

ctus ratio obseruãda est, ut uidelicet qui ita afficiunt, mel prorsus non degustent & uinum uetus minime ingerant, sed esculenta tepida & lactea eis exhibere, atq; uentrem omphacino melinoq; ungere oportet. Atqui nimis studiose tales infrigidare, tutũ non est, quandoquidẽ febris quodammodo naturã imitatur hæc affectio, cum calor excesserit. Rursus supponamus calidam distemperantiam uincere, eiq; humiditatẽ copulari. Hanc intemperiem aquæ frigidæ potione curabimus, atq; refrigerantia astringentiaq; alimenta idonea sunt, sed quæ ita sint austera, ut non calfaciant. Humida intẽperantia, si sola fuerit, siccantibus edulijs quæ neq; calfaciant neq; refrigerent, mirifice iuuatur, quam etiam corrigit solitæ potionis abstinẽtia. Si uero frigiditas ei accedit, optima præsidia sunt, acria omĩa adiectis astringentibus, quibus nulla manifesta sit refigerandi uis. Exigua quoq; potio, eaq; uinorum uehementer calorificorum eis eximie medetur. Ergo distemperantiarũ quæ in qualitatibus sunt, hæc sunt remedia. Cæterum cum sæ-

penumero ex humore, qui uel in uentri-
culi ſpacio continetᷣ, uel in tunicis ipſius
impactus eſt, diſtemperantia ꝓueniat, o-
peræpreciũ fuerit de ijs quoq; aliqua per
ſtringere. Igitᷣ ſi prima affectio quenpiã
infeſtat, expurgato per uomitũ humore,
facile conquieſcit. Si uero ex alia quadã
aut alijs influit partibus, tũ exacta opus
eſt inueſtigatione, nam curandi ratio, ef-
ficientis cauſæ noticiã ſtatim ſequitur. Sa
ne uniuerſam curationẽ ad mittentẽ par
tem dirigere oportet, ſuſcipientem uero
interea duntaxat munire, ut non facile id
quod influit ſuſcipiat, quod & aſtringen
tibus perficitur, & ijs quæ ad bonũ habi-
tũ, uniuerſum corpus perducunt. Viciati
uero humores qui uentriculi tunicis im-
pinguntur, mediocriter purgãtibus edu-
cendi ſunt, huiuſmõi eſt aloe, & q̃ ex ipſa
componitᷣ hiera amara. Viſcoſiorẽ uero
pituitã ſimul uentri impactã, primũ inci-
dere oportet, deinde expurgare, atq; ſi
idoneus aliquis eſt, ſumpta radicula uo-
mere. Si uere neq; uiſcoſus neq; craſſus
fuerit humor, ſatis fuerit uel ptiſanæ ſuc-
co uel mulſo uomitũ mouere, aut abſin-

thij succũ ex mulso bibere. Cæterũ reliquarũ partiũ distemperantiæ haud ab similiter curanť, humores ad expeditos idoneos'q; meatus ducendo, quod si sensibili meatu pars caret, abundantẽ uel saniem uel humorẽ, uel spiritũ quoq; flatuosum in ipsa contentum, in uaporem redigere, ac sic deinde euacuare oportet.

De ciborum facultatibus. Cap. LXXIII.

COnsequẽs est ut de ciborũ facultatibus sermonẽ, qui salubriũ quoq; præceptorũ pars est, p̃dictis subnectamus, si prius quam particulatim ipsos persequamur, pauca quidem præmiserimus, quippe oportet, si quicq; aliud ciborũ nosse facultates. Igitur cibi, quibus extenuandi uis est, meatus aperiũt, humores ob nimium lentorem adhærentes abstergunt crassos incidunt & attenuant. Quod si diutius quis eis utať, serosas, biliosas'q; cumulabit superfluitates. Atq; si adhuc abundãtius ingeranť, melãcholicũ sanguinẽ constituũt, quã ob rẽ assiduus ipsorum usus fugiendus est, maxime quibus

biliosa fuerit natura, his uero dũtaxat cõ gruunt, quibus pituita & crudus & uisci dus, atq; crassus humor cumulatus est. Qui uero cibi impinguandi uim obtinẽt ij firmũ præbent alimentum, atq; si in uẽ triculo iecoréq; probe concoquanť, bonum sanguinem generant, sed lienem et iecur obstruunt. Horũ uero ipsorum, alij crassiores humores duntaxat faciunt, ut lens, alij uiscosos, ut maluæ, alij & crassos et uiscidos, ut quibus testa pro tegmine est. Igitur uictus extenuans ad bonã ualetudinem tuendam multo tutior est eo, qui crassitudinem inducit. At quia exiguum alimentũ præbet, nihil uel firmitudinis uel roboris corpori præstat. Itaque ubi indigentia aliquem pressit, cibus in q̊ plurimũ alimenti est, modice exhibendus est, sed præcipue illis citra noxam datur, qui exercitationi operam dant, et qui quantũ libuerit dormiunt. Quicunq; uero ante cibum exercitari non possunt, alimenta quæ crassos succos faciũt, fugere debent. At neq; in ocio degentes huiuscemodi cibos admittant. Porrò ut perpetuum ociũ bonæ ualetudini maxime ad-

uersatur, ita mediocris motus summo p̄sidio est. Mediæ uero materiæ alimenta omnium præstantissima sunt, utpote q̄ mediocris substantiæ sanguinem producunt, atq; ut huiuscemodi edulia corporibus nostris commodissima sunt, ita uitiosum succum generantia, maxime noxia semper'q; fugienda sunt. Summopere uero uitanda est alimentorū uarietas, præcipue ubi contrariæ fuerint eis facultates, nam quæ sic ingeruntur, coctioni resistunt.

De oleribus. Cap. LXXIIII

LActuca manifeste refrigerat & humectat, atq; idcirco somnū quoq; allicit. Vt uero ex oleribꝰ ipsa maxime nutriendi uim habet, ita optimi succi sanguinem facit, Intubus refrigerandi humectandique uim obtinet, at lactuca inferiorem. Malua refrigerat quidē, sed obscure, magis uero humectat, atq; ob uiscositatem aluum ducit. Beta abstergendo aluum mouet, unde si crebro edatur stomachum uellicat, atq; iecur & lienem obstruit. Brassica bis quidem cocta comestá'q; uentrem cohibet, si uero

ſemel,neq; admodum coquatur, atq; ex oleo & garo aut ſale edatur,ducit potius aluũ,quemadmodũ ius eius purgandi poteſtate lentiũ cremore p̃ſtantius eſt. At manifeſtius magis'q; uentrẽ mollit marina braſſica,nã & ſalſa & ſubamarulenta eſt,quapropter auroni quoq; ſubducendi aluũ poteſtas eſt ,eo quod plurima ſalſedine participat.Braſſica uero ſtomacho magis conuenit,utpote quæ mediocrem obtinet aſtringendi uim,ac lac quoq; & genitale ſemen producit. Blitũ & atriplex humore quidẽ abundant,ſed exiguũ alimentũ p̃bent. Omnia aculeata ut carduus & fuſus agreſtis,atq; alia huiuſcemodi,ſtomacho idonea ſunt, excepta cinara quæ & dura eſt & mali ſucci, ideo'q; cocta cum oleo & garo & coriandro exhibenda eſt. Apiũ, hipposelinon,ſion,ſmyrniũ,urinæ ciendæ facultatẽ habent,ſed ſmyrniũ & magis odoratũ & acre eſt,et urinã et menſtrua mouet Apia uero ſuauiora ſunt, ideo'q; ſtomacho aptiora. Eruca calida eſt,& genitale ſemen ꝓducit,unde & libidinẽ excitat atq; capitis eã doloris ſpeciẽ quã cepha-

leam uocant. Nasturtiū, ocymū, sinapi, calida sūt & acria, & præcipue nasturtiū, sūt uero coctu difficilia, stomacho inepta, & mali succi. Vrtica tenuibus constat partibus, aluū ducit, atq; exiguū alimentum præbet. Gingidion simile scādici est, haud parū stringentis amarulentæ'q; qualitatis habēs stomacho aptū, ut fastidiosis quoq; idoneū sit ex aceto māsum, sed corpus parū alit. Quæ uero silvestria olera uocant, ad uitiosorū humorū generationē nihil reliqui faciūt. Capparis & appetentiā excitat, & iecoris lienis'q; obstructiones soluit, ac pituitā educit, sumenda uero est in prima mensa uel ex oxymelle uel ex oleo & aceto.

De cymarū natura. Cap. LXXV

BLitorum, lactucarū, attriplicis, maluæ, betæ, planta quidem humida est Cyma uero arida. Rapa, sinapi, radicula, nasturcium, pyretrum, brassica, aliaque calida, plantam quidem aridam habent, cymam uero humidam. Fruticosarum uero plantarum cymæ, & quæ in paludibus, & quæ in ortis nascuntur, item quæ à bryonia decerpuntur, stoma

cho quidem aptæ sunt & urinam mouent, exiguum uero alimentũ præbent, quod si probe coquant̃, magis quã quæ ab oleribus sumuntur alũt, similiter de chamædaphnes cyma sentiendum est.

De radicibus quæ cibi rationem obtinent, Cap. LXXVI.

BVnias quidem & rapa, si bis coquantur, haud minus reliquis oleribus alunt, sed si iugiter assumãtur, crassum humorem conciliat. Bulbi astringunt, abstergunt, appetentiã excitant, stomacho robur addunt, & uiscosos ex thorace humores educũt, quod si bis coquant̃, plus quidem alimenti præstant, sed nihil educunt, nam quod amarũ in ipsis est ita abijcitur. Præterea si crebro quis eis utatur, genitale semen augent, & uenerem impendio excitant, flatus quoq; faciunt & tormina. At ex garo & oleo sumpti, suauissimi sunt & boni alimenti, atq; coctu faciles. Pastinacæ, dauci, siseris, radices, rapis minus alunt, sunt uero calidæ odoratǽq;, atq; urinam mouent, abutentibus uero & coctu difficiles sunt, & uiciatos humores pariũt pro communi ra-

dicum ratione. Agrestis pastinaca à nō-
nullis daucus appellatur, & maiorem ci
tandæ urinæ uim habet. Radicula atte
nuatoriæ, calfactoriæq́ facultatis est, sed
ante alios cibos ex oleo & garo ducen-
dæ alui gratia sumenda est, post cibū au
tem nequaꝗ̄. Cepa, alliū, porrus, am-
pelopraſſon, eo quod acri sunt potentia,
corpus calfaciunt, atq; crassos in ipso hu
mores attenuant & incidūt, & bis quidē
cocta paulum, incocta uero nihil alimen
ti præstāt. At uero allium opilationes sol
uit, & discutiēdi magis uim obtinet. Am
pelopraſſa autem utpote agrestia ſiccio-
ra sunt. Porro in uniuersum omīa cru-
da olera, coctis peioris ſucci sunt, magis
quæ superfluo humore abundant. Quæ
uero uel muria, uel oxyhalme condita re
ponuntur, stomacho aptiora sunt, & ap-
petentiā magis mouent, ac crudos humo
res incidunt, sed coctu difficilia sunt. & si
quis eis abutit̄, malos succos producūt.

De tuberibus. Cap. LXXVII

TVberū succus & si nullam notatu
dignam qualitatem præ se ferat, fri-
gidus tamen est crassusq́. Fungi et fri

gidi sũt & pituitosi, & mali succi. Ex his boleti innocentiores sunt, & manifestæ qualitatis expertes si recte coquant̃, deinde ammanitæ ab ijs secundũ locũ obtinent, ab alijs uero fungis abstinere oportet, quippe cũ multi ex ipsis lœtiferi sint, ac ipsi quoq; boleti, nisi percocti edant̃, præsens periculũ sæpenumero minant̃.

De frumentaceis. Cap. LXXVIII.

EX eis quæ frumentacea appellant̃, Chõdrus mensis conuenit, & uiscosum humorẽ parit, atqui ablutus uitiosus est, eo quod facile crassus euadit, atq; incoctus permanet. Melior uero est succus ipsius, si totus uti ptisana ꝓbe coquatur. Alica in reliquis quidẽ Chondro haud absimilis est, sed magis aluũ supprimit. Triticũ elixum quidẽ coctu difficile est, & inflat, ubi uero concoctũ est, ualentissimam præbet alimoniã. At in panem redactũ, inflandi uim & coctionis difficultatẽ deponit, utpote fermento, saléq; participans. Siligineus panis, quẽ siligniten græci uocant, omni alio magis alit. Mox similaceus, sic enim semidaliten interpretor, deĩde cibarius, græci syn

comistõ dicũt. Sordidus aũt id est furfureus, minus quidẽ alit, sed magis per uentrẽ descendit. Amylus panis exiguũ alimentũ præbet, quemadmodũ & lotus. Hordea refrigerãdi abstergendi'q; uim obtinẽt, cũ uero ad modũ ptisanæ coquũtur humectãt, fricta uero, ut in polẽtis fit desiccãt. Polenta per æstatẽ ante balneũ ex aqua potui data, siti medet̃. Hordeaceus panis imbecillior est & exigui alimẽti

Maza coctu difficilis est, et magis hordeaceis panibus inflat, cui si mel quoq; accesserit, aluũ mouet. Bromus calidus est, & exigui alimenti. Milium & panicũ frigida sunt & sicca, atq; parũ alunt, et uentrẽ cohibent, in totũ uero miliũ præstantius est panico. Oryza coctu difficilis est, parum alit, & uentrẽ astringit. Ptisana sic coquitur, uni eius parti, aquæ quindecim, atq; paulũ olei adijce, ac post ebulitionẽ acetũ quoq;, cũ uero exacte iã cocta fuerit, salem tenuem. Sunt qui porrum quoq; atq; anetum addant. Cæterum Bromus et Chondrus haud aliter q̃ ptisana præparantur.

De leguminibus. Cap. LXXIX.

EX leguminibus lens quidẽ mali ſucci eſt, & atram bilem parit, uentrem aſtringit, maxime bis cocta, decoctũ uero ipſius cum oleo & garo potui datum, aluum mouet. At quia flatũ parit uel ſatureia, uel pulegium adijciendum eſt. Fabæ lenes ſunt & inflant, ac abſtergũt, ac ægyptia faba & calidior eſt noſtra, & ſuperfluitates plures relinquit. Piſum molle quidem eſt, atq; non adeo inflat.

Cicera inflant, abſtergunt, genitale ſemen augent, uenerem ſtimulant, calculũ terunt. At fricta flatum quidem amittũt, ſed difficulter concoquuntur. Lupina ſunt coctu difficilia, haud facile tranſmittunt, & ſuccum crudũ pariunt. Fœnũ græcum ante cibũ aſſumptum, & calfacit & aluũ ſoluit. Ciceræ faſeliq; ſi macerentur donec radices proueniant, atq; ex garo ante cibũ ſumantur, uentrẽ ſubducunt, atq; magis quã fœnum græcum alunt, Faſeli tamen, quæ & ſiliquæ appellant, ſi integri cũ ſiliquis, uirides q; ingerant, plures ſuperfluitates cumulãt.

De tẽporarijs fructib9. Ca. LXXX

CVcurbita refrigerat humectatq; , at

q; aluum mouet, sed paulum alimenti præbet. Pepon in totum & mali succi est, & frigidus humidusq;, ac uomitionem mouet, quod si non concoquat, choleram inducit, eius semen urinã ciet, calculos renum conterit, & in totum uehementer abstergit. Melopepon omnia quæ de pepone dicta sunt, imbecilliora obtinet. Cucumis minus quidem pepone refrigerat humectatq;, sed uehementius urinam ciet, & uix concoquitur quod et si cõsequit, mali tamen succi est. Atq; in summa omnes autumnales fructus refrigerant et humectant, & sunt exigui alimenti, & mali succi.

De arborũ fructibus. Ca. LXXXI.

FIcus & uuæ inter omnes fructus autumnales præcipuum honorem obtinent, utpote quorũ succus & minore uicio participat, et magis alit. At ficus uuis sunt succi multo melioris atq; magis alũt aluum mouent, urinam cient, renes purgant, maxime quæ fuerint admodũ maturæ. Similiter & caricæ, flatum tamen & improbum sanguinem faciunt, atq; idcirco, si in crebro usu fuerint, pediculos pa-

riunt. Vuæ retentæ quidem non con=coquuntur, & malum ſuccum reddunt, per aluum uero deiectæ, moderatiores euadunt. Vuæ paſſæ calidiores ſunt ſtomacho'q́; aptiores, atq; reliquis vuis magis alũt, ſed minus aluum ſoluũt. Mora uehementer humectant, mediocriter'q́; refrigerant, atq; in prima menſa aſſũpta, uentrẽ molliunt, haudquaq́; ſtomacho aliena, ſed parum alunt. Ex ceraſijs dulciora quidem aluũ citant, at ſtomacho noxia ſunt. Acerba uero ut ſtomachũ magis ſolant, ita minus molliunt aluum. Atq; eadem ratio tũ in vuis & moris, tum in alijs multis obſeruatur. In totum uero, aſtringentia ſiue edantur ſiue bibantur ante alium cibum aluũ cohibẽt. Quibus uero uenter ob imbecillitatem nihil deijcit, ij aliquid quod molliendi facultatem habeat, ueluti olera, aut piſces, aut aliud huiuſcemodi præmittere debẽt deinde aſtringentia ſumere, quæ aluũ roborantia, deorſum impellant, atq; ad ſecretionem excitent. Nux pini, boni, craſſi'q́; ſucci eſt, atq; eſui apta, ſed nõ facile concoquit. Perſica mali ſucci ſunt

acescuntq́ꝫ & facile corrumpunt̃, ideóq́ꝫ in primis sunt exhibenda, ut & protinus deijciantur, neqꝫ propter moram in uentriculo corrumpantur. Præcocia uero & rhodacina, & armenia, persicis meliora sunt, neqꝫ enim acescunt, neqꝫ similiter corrumpunt̃, ac sunt etiamnũ delectabiliora. Pomorũ, suauia quidẽ reliquis sunt calidiora, & facile transmittunt̃, præcipue si uel assent̃ uel elixent̃. Acida aũt ut frigidiora sunt, ita humores in uentriculo magis incidunt, At austera, stomacho quidẽ robur afferunt & uentrem cohibent, sed maxime cydonia. Eiusdem potestatis sunt pira maiora atqꝫ matura, sed plus alimenti præbent. Mala punica refrigerant, aluntq́ꝫ parum. Mespila, sorbaq́ꝫ, magis astringunt, ideóq́ꝫ fluenti aluo idonea sunt. Palmæ nisi admodũ pingues fuerint, stomacho quidem conueniunt, sed aluum supprimunt atqꝫ crassos uiscososq́ꝫ humores pariunt & capitis dolorem inducunt. Ex oliuis druppæ quidẽ stomacho alienæ sunt, & crassi succi. Colymbades uero & quæ in muria seruatæ sunt, in prima men-

ſa aſſumptæ, appetentiam augent, aluũ citant, atq; id magis, ſi uel aceto uel oxymelle condiantur. Nux iuglãs auellanis minus alimẽti præbet, ſed ſtomacho magis conuenit. Nuces recentiores humidæ ſunt atq; aluum mouent, aridæ uero ſi in aqua maceratæ ab interno putamine mundenter, haud minorem uiridibus habent efficaciam. Amygdalæ incidendi attenuandi'q; uim habent, unde & uiſcera et thoracem purgant, maxime uero amaræ. Piſtacia haud diſſimili ſũt poteſtate, ſed in leuanda iecinoris obſtructione ſunt præſtantiora. Damaſcena ante cibũ ſumpta, ſiue cruda ſiue ex mulſo cocta, aluum ſoluunt. Syriaca haud facile concoquunt, ſtomacho aliena ſunt & leuis alimenti. Siliquæ concoctioni renituntur, uentrem aſtringunt, & ſunt mali ſucci. Sycomora manifeſte refrigerant humectant'q;. Citrei mali externa pars acris eſt, quæ uero ueluti carnis ſpeciem præ ſe fert, licet eſui ſit idonea, uix tamen concoquitur, id uero qđ intus continetur, ſiue acidum, ſiue aqueũ fuerit, uehemẽter infrigidat. Glandes

frumentaceis haud minus alunt, ſed con coctu difficiles & craſſi ſucci ſũt, atq; tar de tranſmittuntur. Caſtaneæ omni ex parte glandibus ſunt meliores.

De animalibus, & primo de uolatilibus. Cap. LXXXII.

IMbecillius alimentum præbent aues quã quadrupedes, præſertim quã ſues ſed concoctu facilius, maxime perdix, attagena, columbinus pullus, gallinæ, phaſianæ. At ex turdis, merulis, paruis paſſeribus, in quo genere pyrgitæ quoq; ſunt ſolidius alimentũ eſt, id'q; magis ex turture, palumbo, anate, ſed multo durius et coctu difficilius, atq; fibris fere refertum quod ex pauone accipitur. Anſeris uero & ſtrutochameli caro, omnibus quas diximus, plures relinquit ſuperfluitates, difficilius cõcoquitur demptis alis, quæ ſucci bonitate cæteris auibus haud inferiores ſunt. Grues fibris plenum durum'q; alimentum præbent. In totum uero iuniores aues ueteribus ſunt humidiores, coctu faciliores, alimenti ualentiores, atq; per aluum facilius deijciuntur. Simili diſcrimine elixæ ab aſſis & in ſartagine

frictis distinguuntur. Item quæ in aridis locis, montibusq́ꝫ degunt, palustribus, & facilius concoquuntur, & superfluitatibus minus redundant.

De ouis. Cap. LXXXIII.

GAllinarum, phasianarumq́ꝫ oua, omnium optima sunt. Anserũ uero & strutocamelorũ inutilia. Multo autem p̃stantiora sunt recentia ueteribus, atqꝫ ut magis alunt tremẽtia, ita sorbilia melius descendunt, ac gutturis asperitates leniunt. Reliqua omnia coctu difficilia sunt, et uix transmittuntur exceptis suffocatis quæ quidem cruda ex garo, uino, & oleo diluta in diplomate modice inspissantur. sic enim et boni succi, et coctu facilia redduntur, fricta autem in sartagine omniũ pessima sunt.

De pedestris animalibus.
Caput LXXXIIII.

EX quadrupedibus suillæ carnes oĩm aliorũ eduliorũ ualentissimi sunt generis, quippe quæ & sapore & odore familiarẽ quandã ꝓprietatẽ ad hũana corpora referũt, ut à nonnullis qui imprudentes, carnes hũanas degustauerũt, de-

prehensum est, alimentum uero quod ex ipsis contrahit et glutinosum est, et haud facile dissipat. Ouilla caro superfluitatibus redũdat, mali'que succi est. Capræ nutrimentum præbet acre & mali succi, pessimum uero hirci, quippe quod nõ solum mali succi est, uerumetiã coctioni resistit. Bubula caro atram bilem parit. Lepores crassi succi sunt, sed in hoc à bobus & ouibus uincunt. Cerui durã coctu'que difficilẽ pbent alimoniã. In sũma uero recentiora oĩa ueteribus humidiora, molliora, & coctu faciliora sunt. Similiter castrata, ijs quibus integri adhuc testiculi sunt, atque corpulenta gracilibus.

De partibus aĩaliũ Cap. LXXXV.

EXtremæ partes neruosæ sunt, ac pinguedinis carnis'que expertes, unde et glutinosæ sunt & alimẽti exigui, atque aluũ mouẽt, excipiunt aues ,ppter abundãtẽ ariditatẽ. Aures, rostra'que cartilaginosa sunt, & haud facile concoquunt, Lingua laxa, exanguis & exigui alimẽti est. Glandulæ suaues sunt, atque laxæ pcipue mammarũ, sed maxime suillæ, dum uidelicet lacte replentur, ac ne minoris

quidem alimenti sunt quã carnes, Renes, testiculi'q; mali succi sunt, & coctu difficiles. Atqui gallorum saginatorũ testes & suaues sunt, & probum alimentũ corpori præbent. Contra taurorũ, hircorum, & arietum, coctu difficiles & mali succi sunt. Cerebrũ pituitosum, crassi succi, tardi transitus, coctu difficile, stomacho alienum, atq; nauseosum est, ubi uero probe concoctum est, satis alimenti præbet. Spinalis medulla pĩguis est & suauior cerebro, sed in reliquis ei similis. Cor iecur'q; crassi succi sunt, coctu difficilia, & tardi meatus, atqui suillũ hepar cæteris melius est. Lienis mali succi est, & atram bilem parit. Pulmo ut utrisq; laxior est, ita coctu facilior, sed pituitosus est, & minus alit. Ventriculus, uterus, intestina dura sunt, uix concoquuntur, atq; pituitam gignunt. In uniuersum uero, siluestria animalia, cicuribus, alimentum præbent aridius, minus'q; superfluitatibus redundãs. Sanguis omnis difficulter concoquitur, præcipue si crassus ac melancholicus est, ueluti bubulus, Leporino uero sanguini utpote su

auiſſimo præcipuus honor eſt, hunc non nulli cum ipſo iecinore coquere conſue=uerunt, ac alij cum reliquis quoq; uiſceri bus. Sunt etiam qui iuuenis porcelli ſan=guinem edunt. Homerus uero, caprinũ ſanguinem nonnullos cõmediſſe poſte=ritati tradidit.

De lacte. Ca. LXXXVI.

LAc coctum alit quidem corpus, ſed gingiuis, dentibuſ́q; nocet, qua ꝑ=pter poſtea quam ingeſtum eſt primum mulſo, mox uino acerbo os abluere opor tet. Cæterum capiti dolorem affert, præ=cordia uentriculuḿq; inflat, atq; in reni=bus calculum generat. Igitur ut id quod dilutum magis eſt, minus quidẽ alit, plus uero citat aluum, ita econtrario craſſius, ualentius quidem alimentũ præbet, ſed non facile deſcendit. Porrò caprinũ lac mediocris eſt ſubſtantiæ, ouillum craſſio ris. Præterea ꝓtinus à partu tenuius eſt, tractu uero tẽporis craſſius, deteriuſ́q; efficitur.

Quid obſeruandũ ſit lac potã tibus. Ca. LXXXVII

QVi lac potare uoluerit, ab alijs cibis abſtinere debet quouſq; cõcoqua=

tur ac per inferiora decedat. Igitur præstat ipsum recens multum in matutino bibere, dein ieiunare, atq; tum uehemẽtes labores uitare, acescit enim si quis laborauerit, ac satius est quoq; leniter deambulare, atq; interim uigilem conquiescere. Sane ita facienti, primũ quidem per aluũ subit, ideó q; post deiectionẽ aliud bibendũ est, atq; si hoc quoq; ad secessum subierit aliud. Inprimis enim utiliter purgat non ita multũ quidẽ uniuersæ molis, sed ea dũtaxat quæ in uentre cõtinent, mox uenas ingreditur, atq; optime nutriens, haudquaq; deijcitur. In biliosis uero fluxionibus, atq; ubi uentriculũ eliquari timuerimus, coctum lac exhibendũ est, atq; sic ipsum coquere oportet. In primis quidem sensim paulatim' q;, ut & pars q̃dam assumatur, & pars concoquatur, deinde magis atq; magis coquere. Cauendum uero, ut neq; aduratur, neq; in caseum coaguletur, id' q; optime fiet, si leniter ipsum coxerimus, & miscendo id qđ abscesserit, undiq; detraxerimus. Igitur ferula polita tenui' q; miscere oportet, & si quid in labijs aulæ feruet, id spongia

purgare, hoc enim sæpenumero reliquū lac corrumpit. Ergo coquendum est lac ut diximus, donec æquabiliter crassius, & crudo lacte dulcius euadat. Præterea quod in lacte tenue serosumq́ꝫ est, cō sumitur, si calculi marini ex igne candentes in ipsum demittantur, idq́ꝫ aluo fluenti maxime si biliosa fuerint excrementa eximie prodest.

De lacte schisto.
Cap. LXXXVIII.

SErum lactis à caseo discernitur, si uehementer ad multum fumum coquatur, deinde exacte uel per linteū uel per pannum coletur. Miscetur autem serosæ parti uel mellis, uel oxymellis, uel salis modicum, atqꝫ ut aluum subducat datur, adultis quidē, ad sextarios duos, junioribus uero haud minus sextario. Quod uero marinorum calculorum aut ferri ex igne candentis demissione incrassatum est lac, dysenteriæ, & alui ꝓfluuio haud mediocre præsidium est.

De caseo. Cap. LXXXIX.

CAseus oīs acris est, sitim excitās, coctu difficilis, mali succi, calculum gi

gnens. Innocentior uero est, qui recens est, laxus, mollis, suauis, & modico sale conditus, qui uero aliter afficitur, pessimus est.

De piscibus. Cap. XC.

COnstat omnes pisces frigidiori humidiori'que temperatura esse. At qui saxatiles uocãtur, cæteris sunt meliores quippe coctu faciles sunt, boni succi, atque modice humectant, nisi dura fuerit eis caro. Non saxatilium autẽ in pelago degentes, multo discrimine differunt ab ijs qui in limo nutriuntur aut qua flumina irruunt. sed omnium pessimi, qui uel in stagnis uel paludibus aluntur. At particulatim Capito quidem si in pelago deguerit, modice suauis est, sanguinem uero præbet & tenuiorem & imbecilliorẽ.

Huic haud ab similis lupus est. Ac in æquore quoque mullus uersatur, cæteris piscibus & durior & fragilior, coctu facilis, mensis idoneus, prædulcis, pinguedinis expers.

Quibus testa pro tegmine est. Ca. XCI.

PIscium genera quæ testa integuntur omnino salsum, crudum'que humorẽ pariunt. Horum ostrea quidem mollissima car

ma carne ſunt, & magis aluũ ducũt. Chamæ uero & Purpuræ, & Vngues et Spõdyli, & Buccina & Cocleæ atq; huiuſmodi alia dura, ac quæ cruſtata quoq; nominantur, ut Gammari, Paguri, Cancri, Locuſtæ, Squillæ, menſis quidem conueniunt, ſed coctu difficilia ſunt, ac ſi ſæpe in aqua dulci elixẽtur, aluum aſtringũt. Ius omnium quæ teſtis concludunt, aluũ ducit, hanc ob cauſam terreſtres quoq; cocleæ uentrem ſoluunt. At uero duræ carnis & coctu difficilis ſunt, quæ licet nutriat, mali tamen ſucci eſt, quapropter nonnulli ius cum garo & oleo condiunt, atq; ſic uentrem ſubducunt. Echini modice refrigerant, parum alunt, atque urinam cient.

De mollibus. Ca. XCII.

MOlles piſces, ut polypi, ſepiæ, lolligies duri ſunt, coctioni' q; renituntur, præſertim polypi, atq; ſalſum quodã modo habent humorem, ſi uero concoctione uincantur, haud parum alimenti corpori præbent.

De cartilagineis. Ca. XCIII.

EX genere cartilagineo, torpedines, paſtinacæ, molli atq; prædulci carne

constant quæ & celeriter subit & facile concoquit̃, alit́ q́;. Raiæ, leuiraiæ, squatinæ, & reliqua huiuscemodi genera, duriora coctú q́; difficiliora sunt, & plus alimenti præbent. Atq́; in totũ duræ carnis animalia haud facile concoquunt̃, sed & ualens & solidũ alimentum præbent.

De cetaceis. Ca. XCIIII.

CEtacea, ut balena, uitulus marinus, libella, delphini & thunni prægrandes, duræ & coctu difficilis sunt carnis, ac crassi succi, sale autẽ condita moderatiora reddunt̃, atq́; alijs piscibus humidiora, superfluitatibus magis abundãt, & ad perturbandũ proniora sunt. Salsamentorũ differentiæ, piscium ex quibus constãt sequuntur discrimina.

De uini potentia. Ca. XCV.

QVi sanitati studet quanta sit uini potentia non ignorare debet. Itaq́; in uniuersum omne quidẽ uinũ nutrit, Id́ q́; magis si rubidũ, crassṹ q́; est, sed hoc minus boni succi est, dulce uero quãuis nutria, tstomacho tamen alienũ est. Acerbũ stomacho quidẽ gratũ, sed nõ facile transmittit̃, ac minus alit, id́ q́; multo minus si

fuerit albũ,fuluo nullũ aliud melius est. Vetus uinũ recenti calidius siccius'q; est atq; in summa,uini potẽtia hæc est. In totũ uero uinũ calorẽ nostrũ excitat,unde & coctio melior & sanguis utilior fit. Cibũ,utpote facile penetrãs in oẽs partes deducit, ob quã causã attenuatis q̃q; ui morbi,bonũ habitũ restituit,cibi appetentiã erigit,pituitã extenuat,bilẽ per urinas expurgat,colorẽ emendat,animũ hilariorẽ iucundũ'q; reddit,corporis robur auget. Atq; hæ sũt vini modice epoti cõmoditates. Immodice uero ingestũ ,contraria efficit, hinc temulentorũ euersiones,dementiæ,sopores'q; ꝓueniũt,quapropter cauenda est immoderata uini potatio,quamuis , si ex longis temporũ interuallis liberaliter bibat,cõmoditate nõ careat,quandoquidẽ urinas abunde mouet,ac sudores profundit. At mox assumpto mulso ipsũ euomere satius est, ut ne paruæ quidem noxæ uestigiũ relinquat.

Igitur potationi operã daturus, alio cibo non admodum se replere debet , atq; inter bibendum brassicam elixam edere, & bellaria,præsertim quæ ex amygdalis

constãt, degustare. Hæc enim capitis do lorem leuant, neq; ullã uomentibus mo- lestiam afferunt. Ac macerati quoq; ab- sinthij cremor ante potationem sumptus haud mediocriter auxiliatᷓ, ut ne alid' qui dem inueniri possit crapulæ magis inimi cum, Quod si quempiam mordeat uinũ, frigidam aquã bibere debet, postero die absinthij cremorem sumere, ambulare, fri cari, lauacrum ingredi, atq; subinde exi- guo cibo refici.

De melle & mulso. Cap. XCVI.

MEl coctum magis alit quã aluũ sub ducat, non coctũ, contra, ac frigi- dis humidisq́; temperaturis conuenit. Mulsum biliosis non admodum prodes- se uidetur, quippe quod ipsis in bilẽ uerti tur. Igitur huiusmodi naturis oportet ip- sum magis aquosum exhibere, at quibus uiscera quoquo modo afficiuntur, ijs alie num est. Cæterum hoc modo mulsum præparatur, octuplum aquæ melli adijci- tur, ac donec spumare desierit coquitur, spumam uero simul atque orta est, iugi- ter auferre oportet.

De somno Cap. XCVII.

SVperest post omnia quæ de uictus ratione diximus, ut de somno quoq; disseramus, quippe qui omniũ ultimus magna ex parte admittitur. Igitur somnus, ut formula quadã loquamur, est animalium uiriũ quies, ab utili humore cerebrũ madefaciente proueniens. Hinc qui recte capessit, multa consequitur cõmoda. Cibos enim cõficit, humores digerit, dolores sedat, fatigationes solatur, rigida relaxat, animi ægritudines obliuione delet mẽtis insaniam corrigit. Tempus somno accomodatissimum est post cibum, interdiu uero factus, haud omnibus idoneus est, id enim tempus quo dormiunt aliqui, haud satis est, ut in eo cibi perfecte conficiant, intercisa enim ante suam horam concoctione, per meridiem exurgẽtes sæpenumero acidum ructant, flatibus implentur, nonnulli fluctuatione quoq; molestantur, nisi uel ex consuetudine, uel quia satis dormierunt huiuscemodi casus effugiant. Nocturno aũt somno haud alius melior est, siquidem nox suapte natura tum humore, tum tranquillitate somnum alliciens, coctionem perfectam effi

cit. Præterea post nocturnos somnos magna ex parte ad excrementa deijciēda festinamus. Temporis autē somno debiti terminus ex alimentorū perfecta concoctione sumitur, quā, tum ex ructibus, tū ex uentris contractiōe deprehendemus Post hanc excitatio non inutilis est, utpote, quæ concoctionis excrementa ad secessum agit.

De uigilia. Cap. XCVIII

VIgiliarū, quæ iā ægrotantes aut ex dolore, aut febri, aut alio quouis accidēte infestāt, curationē in libro de febribus persequemur. In p̄sentia uero de his uigilijs dundaxat dicendū est, q̄ sanos interdū male afficiūt. Igitur si uel ob mœsticiā, uel solicitudinē, aut aliā animi ægritudinē quis uigilauerit. In primis mœrorē, quoad fieri potest, fugabimus, deinde sonorum suauitate cogitatio abigenda est id quod nonnulli per lenes aquæ sonos efficere moliunt̄, qui enim sic demulcent̄ facile somnū subeunt. Ac balneū quoq; potissimū in uespera, cū bene concoxerint ingrediant̄, cibum'q; humectantem assumant, ut lactucas, alios'q; huiuscemo

di. Nigri quoq; papaueris uiridia folia ob sonijs interdũ adijciat, pisces coctu faciles edant, uinũ tenue non antiquũ liberaliter bibant. Cubile petituri rosaceo caput ungant, aut oleo in quo papaueris capita aut mandragore decocta fuerint. Anethinũ etiam non recens, somniferũ est Nouimus nonnullos post fatigationem subito quieuisse, ac subinde dormiuisse, idque ex modica etiam uenere accidere solet, alij infrigidato capite uel pedibus somno facile corripiuntur. Quod si ob cibi uel multitudinem uel maliciam, grauato stomacho aliqui uigilare cogantur nam & hoc accidisse compertum habemus, quemadmodum alij rursus præter consuetudinem aut ieiunantes, aut exiguum cibum sumentes, dormire nequeunt, perpendere oportet, atque causam auferre.

De sopore. Cap. XCIX.

SI uero rursus ꝓfundi ueternosi'q; superueniãt sõni, ab assiduis lauacris, atq; refrigerãte unctiõe abstinere oportet. Ypophlegmatismis uero uti, atq; omĩno uictus rõnem calidiorẽ aridiorẽ'q;, et exi

guum alimentum exhibere, quandoqui= dē huiuſcemōi affectus, à frigidiore hu= midiore'qꝫ materia cerebrum irrigante, magna ex parte accidit.

Dioclis epiſtola de bona ualetudine tuenda. Caput C.

DIOCLES Antigono regi ſalutem.

QVoniam omnium regum doctiſſi= mum et in grandæua iam ætate uni uerſæ philoſophiæ, mathematicæ'qꝫ ſtu= dio, clariſſimum te uideo, haud alienam à regia maieſtate fore putans, eā philoſo phiæ partem quæ ſalubria docet, mone= re te uolui hoc meo commentariolo, un= de hominibus morbi aduenient, quibus notis deprehendantur, atqꝫ quibus præſi dijs eis occurrendum ſit. Vt enim in cœ= lo nunqꝫ tempeſtas oritur, quā nō ſigna quædam præcedant, quibus nautæ, cæte ri'qꝫ haud imperiti homines, tutiores red dantur, ita humanam naturam nullus vn qꝫ afficit morbus, qui non ſigno aliquo poſſit præſagiri. Itaqꝫ hæc noſtra præce= pta ſuſcipere, & ea pro uiribus obſerua= re, ne graueris. Hominis corpuſculū

in quatuor partes diuidimus, caput, tho-
racem, ventrem, vesicam. Igitur cum
caput quid passurum est, hæ solent notæ
præcedere, uertigo, capitis dolor, superci
liorũ grauitas, aurium tinnitus, punctu-
ra temporum, oculorum in matutino la-
chrymæ & caligatio, olfactus hebetatur
atq; dentiũ gingiuæ attolluntur, Cũ ali-
quid tale p̃senseris, caput purgare opor-
tet, non quidem medicamẽto, sed uel hy
sopi, uel origani capita trita, quæ in aulu
la ferbuerint cum musto, aut decocti cya
thos tres sumere, inde os in ieiuno ablue
re, atq; gargarizando humores à capite
deducere. Hac capitis affectionũ curatio
ne, nulla alia leuior est, Optimum quoq;
præsidium fuerit. Sinapi ex mulso calido
dilutum in ieiuno sorbere atq; gargariza
re, donec à capite pituita defluat. Sed cal
faciendum prius caput tegumẽto est, ut
eliquata pituita, pronior ad effluctionem
reddat̃. Negligentibus uero hæc quæ iã
proposuimus signa, huiuscemodi affecti
ones superuenire solent. Lippitudines
glaucomata, aurium rupturæ, strumæ in
ceruice, cerebri tabes, grauedo, angina

noctu, teredones, vua, capillorum defluxus, ulcera capitis, dentiũ dolor. Si in thorace aliquid futurũ est, his notis dep̃henditur. Sudor uniuersum corpus occupat, præcipue thoracem, lingua crassior fit. Spuunt uel salsa uel amara, uel biliosam. Latera, scapulasq́ꝫ, dolor sine occasione infestat, uigiliæ, suffocationes, sitis afficiunt, animus ex somno tristior redditur, pectus, brachiaq́ꝫ refrigerantur, tremunt manus. Hos prudenter hũc in modum curare cõuenit. Vomitu quoad melius fieri potest, utendũ est id'qꝫ post cœnã nõ crapulosam, sed sine medicamento. Vtiles uero sunt uomitus ante cibatiõnẽ quos syrmaismos uocãt. Igit̃ qui sic uomere uoluerit, radiculas tenues, nasturciũ, erucã, sinapi, portulacam manducet, mox sumpta tepida aqua euomat. Hæc uero signa paruipendentibus, huiuscemõi solent superuenire morbi, Pleuritis, peripneumonia, melãcholia, febres acutæ, phrenitis, lethargus, ardor cũ singultu. Vbi aliquid uentrẽ læsurũ est, his notis præscire licet. In primis uenter cõuoluit̃ atqꝫ in semetipso turbat̃, cibi po-

tus quã amari uident, genuũ grauitas, lumborũ rigor ita ut flecti nõ possit, totius corporis fatigatio, atq; sine occasione crurũ torpor, febriculæ nõ uehemẽtes. Cũ hæc uideris præsagia, uentrẽ remollire oportet, nõ medicamẽtis, sed uictu, tutius enĩ est, uti ijs quibus nullus error accedere põt, ut sunt beta ex mulso elixa, allia cocta, malua, Rumex, mercurialis, & quęcũq; melle cõdita sũt. Hæc enĩ oĩa aluũ subducũt At ubi signorũ aliquod magis intendit. cnei liquamẽ oĩbus decoctis miscendum est, quippe quæ & grata & tuta est. Leuis quoq; brassicæ ex multa aqua coctæ succus, quatuor ferè hæminarũ mensura potui datus cum melle & sale haud inutilis est. Atq; si quis ieiunus aquam potauerit, in qua uel cicer, uel eruũ fuerit decoctum, idem consequetur. Qui uero prædicta signa neglexerit, hos morbos timeat, uentris fluorem, dysenteriam, intestinorum leuitatem, uoluulum coxendicẽ, febrem tertianam, podagram, apoplexiam, hæmoroides, articularium morbum. Vesicæ affectiones præuidentur, si exiguo sumpto cibo quis imple-

ri uidetur, si sint flatus, ructus, pallor toti us corporis, somni graues, urinæ liuidæ difficulter effluẽtes, pudendorum tumo res. Quibus notis apparentibus, occur= rendum est quã tutissime medicamentis odoratis urinam cientibus. Itaq; fœnicu= li apij́ q; radices in vino albo odorato ma cerare, atque duos cyathos mane ieiuno singulis diebus propinare congruit, item pastinacæ, uel mirrhæ, uel helenij aquam quodcunq; horum habueris, nam omnia prosunt, cicerum quoq; maceratorum a= quam, similiter cum vino bibere, non alie num est. Hæc autem signa negligenter prætereũtes huiuscemodi morbos time= ant, aquam inter cutẽ, lienis magnitudi= nem, iecinoris dolorem, calculum, renũ affectiones, urinæ stillicidium, uentriculi plenitudinem. In omnibus uero iã pro positis signis, infantes quidem clemen= tiori, adulti uero efficatiori curatione tra= ctandi sunt. Neq; uero anni solsticia, in quibus omnia contingere solent, silen tio præteribimus, sed quibus in quoq; ali mentis utendũ sit paucis perstringemus.

Solsticium hyemale. Igitur à bruma

usq; ad uernũ equiuoctium, grauedines destillationesq́; atq; humiditates in hominibus augentur, idcirco calidiora alimenta ingerere oportet diligentius meraciusq́;, atq; ab origano bibere, ac ueneri quoq; indulgere. Numerantur usq; ad equinoctium dies nonaginta.

Equinoctium vernum. Hoc tempore augetur in hominibus pituita, ac dulcis sanies sanguinis ad uergiliarum usq; ortũ, quare tum succocissima, acriáq; adhibenda sunt, exercendũ est corpus, ac uenus tum innocua esse creditur. Sunt uero ad vergiliarum exortum dies sex & quadraginta.

Vergiliarũ exortus. Hoc tempus auget in hominibus bilem amaram, atq; sanies amaras ad æstiuum usq; solsticium, tum dulcia quæ aluum ducant adhibe, & concubitum quoad poteris fuge. Numerantur ad solsticium æstiuum dies quinq; & quadraginta.

Solsticium æstiuũ. Hoc tempore crescit in hominibus atra bilis ad æquinoctium usq; autumnale. Igitur aqua frigida, atq; odoratis omnibus uti, ac concubitũ

fugere oportet, aut innocẽtius saltem ea quæ de ipso præscripta sunt admittere. Sunt ad equinoctiũ autumnale dies tres & nonaginta.

Equinoctium autumnale. Hoc tempus pituitæ abundantiam facit in hominibus, & tenues fluxiones, donec uergiliæ occidãt. Itaq; fluxiones sistere, atq; acerrima, et maxime succosa ingerere, nequaq; uomere, exercitari, atq; uenerem fugere conuenit. Sunt ad uergiliarum occasum dies sex & quadraginta.

Vergiliarum occasus. Hoc tempore abundat in hominibus pituita ad brumã usq;, quare acerbissima quæq; tum exhibenda sunt, uinum suaue bibendum. Pinguibus uti, atq; exercitari congruũ est. Numerantur usq; ad solsticium hyemale dies quinq; & quadraginta.

FINIS.

ERASMVS ROTERODAMVS D. Henrico Asinio Lyrano insigni Medico S. D.

NVper dum bibliothecam recenseo doctissime Asini, uenit in manus oratio quædam olim mihi nihil nõ experienti, in laudẽ artis medicæ declamata, continuo uisum est orationem non optimam optimo dicare medico, ut uel tui nominis lenocinio studiosorũ centurijs cõmendetur. Erit hoc interim mei in te animi qualecunque documentum, dum dabitur aliud nostra necessitudine dignius. Bene uale, Louanij terio Idus Martias. Anno M. D. XVIII.

DECLAMATIO ERASMI ROTERODAMI in laudem artis Medicæ.

Attentio.



VO SAEPIVS EST ars medicinæ, meditatis & elaboratis orationibus, hoc ex loco, apud plerosq; uestrum prædicata, id'q; à uiris singulari facundia p̃ditis, auditores celeberrimi, hoc mihi sanè est fiduciæ, me uel tantæ rei, uel auriũ uestrarum expectationi satisfacturum. Neq; enim rem propè diuinam nostra facile assequetur infantia, neq; uulgaris oratio de re toties audita tædium possit effugere. Veruntamen ne salutari maiorum instituto uidear deesse, qui solenni encomio iuuẽtutis animos ad huius præclaræ scientiæ studium, admirationem, amorem, excitandos, accendendos, inflãmandos'q; censuerunt, experiar & ipse pro mea uirili (siquidem me dicentem ad-

Propositio iutabit uestra tum attentio, tum humanitas, fauore candido prosequentes, quem

ad hoc

ad hoc muneris uestra adegit antoritas) medicæ facultatis dignitatem, autoritatẽ usum, necessitatem nõ dicam explicare, quod prorsus infiniti fuerit negocij, sed summatim modo perstringere, ac ueluti confertissimas locupletissimæ cuiuspiam reginæ opes, per transennam (ut aiunt) studiosorum exhibere conspectibus. Cuius quidem ea uel præcipue laus est, Primum quod nullis omnino præconijs indiget, ipsa abunde per se uel utilitate, uel necessitate commedata mortalibus. Deinde quod toties iam à tã præclaris ingenijs prædicata, semper tamen nouam laudum suarum materiam, ingenijs etiam parum fœcundis ex sese suppeditat, ut nihil necesse sit, eam uulgato more inuidiosis illis contentionibus, non sine cæterarum disciplinarũ contumelia deprædicare. Quin illud magis metuendũ, ne domesticas illius dotes, ne germanã ac natiuam ampitudinẽ, ne maiestatẽ humana conditione maiorem, mortalis oratio nõ assequatur. Tantum abest, ut uel aliena contumelia, uel ascititijs Rhetorum fucis, aut amplificationum præstigijs sit at

Laudandi ratio p̄ comparationem.

γνώμη

tollenda. Mediocriũ est formarũ, defor- miorũ comparatione, aut cultus lenoci- nijs cõmendari. Res per se uere'que præ- claras, satis est uel nudas oculis ostendis- se. Iam primũ enim (ut ad rẽ festinemus) reliquæ artes, quoniã nulla nõ magnam aliquã uitæ commoditatẽ attulit, summo quidẽ in precio fuere. Verum medicinæ quondã tam admirabilis fuit, humano ge neri inuentio, tam dulcis experientia, ut eius autores, aut plane ꝓ dijs habiti sint, uelut Apollo, & huius filius Aesculapi- us, imo (quod ait Plinius) singula quosdã inuenta deorũ numero addiderunt, aut certe diuinis honoribus digni sint existi- mati, uelut Asclepiades, quẽ Illyrici nu- minis instar receptũ, Herculi in honori- bus æquarunt. Non equidẽ probo quod fecit antiquitas, affectum sane ac iudiciũ laudo, quippe quæ recte & senserit et de clararit, docto fido'que medico nullum sa- tis dignum præmium persolui posse. Ete nim si quis secum reputet, quã multiplex in corporibus humanis diuersitas, quan- ta ex ætatibus, sexu, regionibus, cœlo, e- ducatione, studijs, usu uarietas, quã infi-

Dignitas & autoritas medicinæ.

Inuentio artis.

Apollo Aesculapius.

Asclepiades.

Torquet exemplũ in suum cõmodũ.

A difficultate.

nita in tot milibus herbarum(ne quid in- terim dicam de cæteris remedijs)quæ ali bi aliæ nascuntur, discrimina. Tum quot sint morborum genera, quæ trecenta no minatim fuisse prodita scribit Plinius, ex ceptis generũ partibus, quarũ omniũ q̃ nullus sit numerus, facile perpendet, qui tantum norit, quot formas in se febris uo cabulum complectatur, ut ex uno cætera æstiment, exceptis his, qui quotidie no- ui accrescunt, neq; secus accrescunt, quã si de composito cum arte nostra bellum suscepisse uideantur. Exceptis ueneno- rum plus mille periculis, quorũ quot spe cies sunt, tot sunt mortis genera, totidẽ remediorum differentias flagitantia. Ex ceptis casibus quotidianis lapsuũ, ruina- rũ, ruptionũ, adustionũ, luxationũ, uulne rũ, atq; his cõsimiliũ, quæ prope cũ ipso morborũ agmine ex æquo certãt. Deni- q; qui cogitet, quanta sit in corporũ cœle stiũ obseruatione difficultas, quæ nisi co gnoris, sæpenumero uenenũ erit, qđ in remediũ daĩ. Ne quid interi cõmemorẽ, sæpe fallaces morborũ notas, siue colo- ris habitũ spectes, siue lotij signa rimeris

Longum hyperbaton.

ſiue pulſus harmoniam obſerues, uelut hoc agentibus malis, ut hoſtem medicũ fallant & imponant. Tantum undiq; ſeſe offundit difficultatum, ut mihi difficile ſit omnes, uel oratione proſequi, Sed ut di- cere cœperã, has omnes rerũ uarietates ſtudio perſequi, obſcuritates ingenio aſ- ſequi, difficultates induſtria peruincere, ac penetratis terræ fibris, excuſſis undiq; totius naturæ arcanis, ex omibus herbis, fruticibus, arboribus, animãtibus, gẽmis ex ipſis deniq; uenenis, cunctis humanæ uitæ malis efficacia quærere, atq; horum opportunũ uſum ex tot autoribus, tot di ſciplinis, imò & ab iſtis ſyderibus petere Hæc inquã, tam abdita rimari cura, tam ardua uiribus animi adipiſci, tam multa memoria complecti, tam neceſſaria ad ſa lutem uniuerſi mortalium generis in cõ- mune proferre, nonne prorſus homine maius ac planè diuinum quiddam fuiſſe uidetur? Abſit inuidia uerbis. Liceat id quod uero uerius eſt ingenue prædicare. Non me iacto, ſed artem ipſam effero. Etenim ſi dare uitam proprium dei mu- nus eſt, certe datam tueri, iam'q; fugien-

Diuina res medicina.

Laus ab effectu.

tem retinere, deo proximũ fateamur o-portet, Quanquam ne prius quidẽ illud, quod nos soli deo propriũ esse uolumus medicorũ arti detraxit antiquitas, ut cre-dula, ita gratissima. Nam Aesculapij qui-dem ope Tyndaridam, & post eum cõ-plures ab Orco in lucem redisse credidit Asclepiades hominem exanimatum, ela tum, comploratum' q; ab rogo domum ui uum reduxisse legit. Xanthus historicus catulum Leonis occisum, præterea & ho minem, quẽ Draco occiderat, uitæ reddi tum fuisse, posteris prodidit, herba quam halin nominant. Ad hæc Iuba, in Africa quendam herba reuocatum ad uitam, te stis est. Neq; uero laborauerim, si sint a-pud quos hæc fide careant. Certe (quod agimus) admirationem artis tanto ma-gis implent, quanto magis supra fidem ueri sunt, & immensum esse fateri cogũt id quod uero supersit. Quanquam quan tum ad eum attinet, qui uitæ reddit, quid refert utrum anima denuo in artus reli-ctos diuinitus reponatur, an penitus in corpore sepulta, morbi' q; uictoris op-pressa uiribus, arte cura' q; medici suscite

Ars medicorũ & mortuos excitare credita ē.

tur atque eliciatur, iam'q certo migratu-
ra retineat? An nõ penè paria sunt mor-
tuum restituere, & mox moriturum ser-
uare? Atqui permultos nominatim recẽ
set Plinius libro historiæ mundanæ septi
mo, qui iam elati partim in ipso rogo, par
tim post dies compluſculos reuixerint.
Miraculum est, quod paucis dedit casus.
Et non magis mirandum, quod quotidie
multis largit ars nostra? Etiamsi hãc deo
Opt. Max. debemus, cui nihil non debe-
mus, ne quis hæc à me putet arroganti-
us dicta, q̃ uerius. Complurium morbo
rum ea uis est, ut certa mors sit, nisi præ-
sens adsit medicus, ueluti stupor is, qui
mulieribus potissimum solet accidere,
ueluti syncopis profunda, paralysis, apo
plexia. Neq desũt ulli uel seculo, uel gẽ
ti sua in hanc rẽ exempla. Hic qui mortẽ
ingruentem arte sua depellit, qui uitã su-
bito oppressam reuocat, nonne ceu nu-
men quoddã dextrũ ac propicium sem-
per habendus est? Quot censes homines
ante diem sepultos fuisse priusq̃ medico
rum solertia, morborũ uires, & remedio
rum naturas deprehenderat? Quod ho-

die mortalium milia uiuunt, ualent'que, qui ne nati quidem essent, nisi eadẽ hæc ars, & tot nascendi discriminibus remedia, & obstetricandi rationem reperisset? Adeo statim in ipso uitæ limine, & pariens simul & nascens, salutarem medicorum opem, miserabili uoce implorat. Horum arti uitam debet, & qui nondũ uitã accepit, dum per eam prohibentur abortus, dum mulieri seminis recipiendi retinendi'que uis confertur, dum pariendi facultas datur. Quod si uere dictũ est illud Deus est iuuare mortalem, perfecto mea sententia aut nusquam locum habebit illud nobile Græcorum adagium ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον, aut in medico fido probo'que locum habebit, qui non iuuat modo uerũ etiam seruat. An non igitur ingratitudine ipsa uideatur ingratior, ac ipse propè uita indignus, qui medicinam alteram secundum deum, uitæ parentem, tutricem, seruatricem, uindicem non amet, nõ honoret, non suspiciat, non ueneretur? Cuius præsidijs nunquam ulli non est opus. Nã reliquis quidem artibus, nec semper nec omnes egemus. Huius utilitate mortaliũ

Initiũ uitæ medicis debetur.

παροιμία

Ab utilitate perpetua.

omnis uita constat. Nam fac abesse morbos, fac omnibus prosperam adesse ualetudinem, tamen hanc qui poterimus tueri, nisi medicus ciborum salutariũ, ac noxiorum discrimen, nisi totius uictus, quã Græci dietam uocant, rationem doceat? Graue mortalibus est onus senecta, quã non magis licet effugere, quàm mortem ipsam. Atque ea medicorũ opera multis contingit, tum serius, tum multo etiam leuior. Neque enim fabula est, quinta, quã uocant, essentia, senio depulso hominẽ uelut abiecto exuuio, reiuuenescere, cũ extent aliquot huius rei testes. Neque uero corporis tantũ, quæ uilior hominis pars est, curam gerit, imò totius hominis curã agit, etiamsi Theologus ab animo, medicus à corpore sumet initium. Siquidem propter arctissimam amborũ intet se cognationem & copulam, ut animi uitia redundant in corpus, ita uicissim corporis morbi animæ uigorem aut impediũt, aut etiam extinguunt. Quis æque pertinax suasor abstinentiæ, sobrietatis, moderandæ iræ, fugiendæ tristitiæ, uitandæ crapulæ, amoris abijciẽdi, temperandæ Vene-

Senectam remoratur ars medicorum.

Totũ hominem curat medicus.

ris, atq; medicus? Quis efficacius suadet ægroto, ut si uiuere uelit, & salutarem experiri medici opem, prius aĩm a uitiorũ colluuie repurget? Idem quoties uel dieterica ratione, uel ope pharmaceutica bilem atram minuit, labantes cordis uires reficit, cerebri spiritus fulcit, mentis organa purgat, ingenium emẽdat, memoriæ domicilium sarcit, totuḿ q; animi habitũ commutat in melius, nonne per exteriorem, ut uocant, hominem, & interiorem seruat? Qui phreneticum, lethargicũ, maniacum, syderatum, lymphatum restituit nonne totum restituit hominem? Theologus efficit ut hoĩes a uitijs resipiscant, at medicus efficit, ut sit qui possit resipiscere. Frustra ille medicus sit animæ, si iã fugerit anima, cui paratur antidotus. Cũ impium hominem subito corripuit paralysis, apoplexia, aut alia quædam præsentanea pestis, quæ uitam prius adimat, quã uacet de castigãda cogitare uita, hũc qui restituit, alioquin infeliciter in suis sceleribus sepeliendum, nonne quodam modo tum corpus, tum animum ab inferis reuocat? In eum certe locum reponit

hominē, ut ei in manu iam ſit, ſi uelit æter
nam mortem fugere. Quid ſuadebit le-
thargico Theologus, qui ſuadentem nō
audiat? Quid mouebit phreneticum, niſi
medicus prius atrā bilē repurgarit? Pie-
tas cæteræ'que uirtutes, quibus Chriſtiana
conſtat felicitas, ab animo potiſſimū pē-
dent, haud inficior, Cæterū quoniam is
corpori illigatus, corporeis organis uelit
nolit utit̃, fit ut bona pars bonæ mentis a
corporis habitu pendeat. Permultos ho-
Tempera turam cor poris emē dat medi cus. mines infelix corporis temperatura, quā
Græci modo κρᾶσιν modo σύστημα uocant,
uelut inuitos ac reclamantes, ad peccan-
dum pertrahit, dum animus inſeſſor fru-
ſtra moderat̃ habenas, fruſtra ſubdit cal-
caria, ſed equū ferocientē in p̃cipitiū ſe-
A ſimili. qui cogitur. Animus uidet, animus audit
ſed ſi oculos occuparit glaucoma, ſi auri
um meatus craſſus humor obſederit, fru
ſtra uim ſuā habet animus. Odit animus,
iraſcitur animus, at uitioſus humor men
tis organa obſidens in cauſa eſt, ut ode-
ris, quem amore dignum iudices, iraſce-
ris cui nolis iraſci. Philoſophiæ ſummam
Plato. in hoc ſitam eſſe fatetur Plato. Si rationi

pareant affectus, atq; ad eam rem præci puus est adiutor medicus, hoc agens, ut ea pars hominis uigeat sapiat q;, cuius ar bitrio geruntur, quæcunq; cum laude ge runtur. Si hominis uocabulo censent in= digni, qui pecudum ritu rapiuntur cupi= ditatibus, huius nominis dignitatem bo= na ex parte debemus medicis, Id cũ ma= ximum sit in singulis ac priuatis, quanto præclarius est beneficium, cũ id præsta= tur in principe? Nulla fortuna magis est obnoxia malis huiusmodi, quã felicissi= morum regum, Quos autem rerũ tumul tus ciet unius homũculi uitiatũ cerebrũ? Frustra reclament qui sunt à consilijs, furis ò princips, ad te redi, ni medicus ar te sua neq; uolenti, neq; sentienti suã mẽ tem reddiderit, Si Caligulæ fidus adfuis set medicus, nõ usq; ad pugionũ ac uene norũ scrinia in perniciem humani gene= ris insanisset. Atq; ob eam sane causam publica consuetudine receptũ est apud omnes orbis nationes, ne princeps usq; gentium agat absque medicis. Proinde cordati principes, nulli unquam arti plus honoris habuerunt, quam medicinæ,

Principi= bus maxi me neces sarius me dicus.

Ab exem plo.

Honos ha bitus medi cinæ.

Quãdoquidem Erasistratus (ut reliquos taceam) Aristotelis ex filia nepos, ob Antiochum regem sanatum, centum talentis donatus est à Ptolemæo huius filio. Quin & diuinæ literæ iubent medico suum haberi honorem, non tantum ob utilitatem, uerum etiam ob necessitatem, ut in cæteros benemeritos ingratitudo, sit in medicum impietas, quippe qui tanquã beneficij diuini adiutor, id arte sua tuet̃, quod optimum nobis & charissimũ largitus est deus, uidelicet uitam. Parentibus nihil non debemus, quod per hos uitæ munus accepisse quodammodo uidemur. Plus mea sententia debetur medico, cui toties debemus, quod parentibus semel duntaxat debemus, si tamẽ illis debemus. Pietatem debemus his, qui hostẽ à ceruicibus depulit, & medico non magis debemus, qui pro nobis seruandis cũ tot capitalibus uitæ hostibus quotidie depugnat? Reges ceu deos suspicimus, quia uitæ, necisq́ꝫ ius habere creduntur, qui tamen ut possint occidere, certe uitã non aliter dare possunt, nisi quatenus nõ eripiunt, quemadmodum seruare di-

Honora medicum.

A similibus.

cuntur latrones, si quem non iugulent, nec aliam tamen uitam dare possunt, q̃ corporis. At quanto propius ad diuinam benignitatem accedit medici beneficiũ, Hominem iam inferis destinatum arte, ingenio, cura, fide'q; sua, uelut ex ipsis mortis faucibus retrahentis? Alijs in rebus profuisse sit officium, cæterum in certo corporis animi'q; periculo seruasse, plusq̃ pietas est. Adde his qđ quicquid in homine magnum est, eruditio, uirtus, naturæ dotes, aut si quid aliud, id omne medicorum arti acceptum feramus oportet, quatenus id seruat, sine quo ne reliqua quidem queant subsistere. Si omnia propter hominem, & hominẽ ipsum seruat medicus, nimirũ oĩm noĩe gratia debet medico. Si nõ uiuit, qui morbis obnoxius, & uitam salubrem aut reddit aut tuetur medicus, an non conuenit hunc ceu uitæ parentem agnoscere? Si res exoptãda est immortalitas, hanc medicorum industria, quoad licet meditatur, quæ uitã in longum prorogat. Quid enim hic notissima referam exempla, Pythagoram, Chrysippum, Platonem, Catonem cen-

Sanitatis custos medicus.

Exempla

sorium, Antonium, Castorem, cum'que his innumerabiles, quorũ pleri'que medicinæ obseruatione, uitã ab omni morbo liberã ne'que fatiscente ingenij uigore, ne'que concussa memoriæ soliditate, ne'que fractis aut labefactatis sensibus, ultra centesimum annum prorogarunt? An non istuc est immortalitatis, quã speramus, hic iam nunc imaginem quandã exhibere? Christus ipse immortalitatis autor ac uindex unicus corpus assumpsit, mortale quidẽ illud, sed tamen nullis morbis obnoxiũ. Crucẽ non horruit, morbos horruit. An non pulcherrimũ fuerit, nos principẽ nostrũ in hoc quo'que pro uiribus imitari? Apostolos, quorũ nemo ferè nõ multã uixit ætatẽ, cæsos legimus, interfectos legimus, ægrotasse non legimus. Quocun'que pacto hoc illis cõtigit, certe pstat idem ars medicorũ, quod illis præstitit sua felicitas. Nec enĩ audiendos arbitror, qui nobis nõ minus indocte, quàm imprudenter solent illud obijcere. Virtus in infirmitate perficitũ, somniantes Paulũ graui capitis dolori fuisse obnoxiũ, cũ ille infirmitatẽ uel animi tentationẽ, uel quod uero pro

Christus non ægrotauit.

Cõfutatio

pius est, improborũ hominũ molestã insectationẽ appellet. Atq; idẽ Paulus, inter apostolicas dotes, donũ curationis recensuit. Iam auget & illud non leui argumento medicinæ gloriã, quod & Cæsarearũ legum maiestas, & pontificiarum autoritas sese ultro medicorum iudicio submittit, uelut in quæstionibus pubertatũ, partuũ ac ueneficiorũ. Itẽ in qstionibus aliquot ad matrimoniũ faciẽtibus. O noua dignitas medicinæ. Agit̃ de capite hominis, & iudicis sententia pendet ex medici p̃iudicio. Summi pontificis pietas, si quid indulget, in nonnullis non aliter indulget, nisi medicorum accedat calculus Atq; in decretis Rhomanus põtifex, episcopum eũ qui delatus fuerat, tanq̃ fœdo immani'q; morbo obnoxius, ex medicæ rei iudicio censet aut amouendũ episcopatu, aut suo loco restituendum. Diuus item Augustinus ex medicorũ consilio fieri iubet, quod faciendum est, etiamsi nolit ægrotus. Idem honorẽ medico debitũ hoc est artis & industriæ præmiũ, recte eripi scribit ab eo qui detinet, uelut ab iniusto possessore, et quod alienũ est mala

Donum curationis.

fide occupante. Quin ij quoq; , qui conceptis precaminibus , dæmones impios è corporibus humanis exigunt , non raro in consilium adhibent, uelut in his morbis, qui secretis rationibus, quædam sensuum organa spiritusq; uitiant , & adeo dæmoniacam speciem imitantur , ut nisi à peritissimis medicis discerni non queant, siue sunt crassiores aliqui dæmones, ut fertur illorum uaria natura , qui medicam etiam opem sentiant , siue morbus adeo penitus intimis animi recessibus insidet , ut à corpore uideatr alienus. In cuius rei fidem, dum ex innumeris mihi cō-

Exemplū pertum exemplum refero , quæso ut me patienter audiatis. Panaceum celeberrimi nominis medicum adolescens colui, is me teste quendā restituit, nomīe Phlyarium, patria Spoletanum, qui ex uermibus in nouum maniæ genus inciderat, ita ut in morbo probe teutonice loqueretur, quod (uti constabat) sanus nunq; potuerat. Quis imperitus rei medicæ , non hunc dæmoniacum uel deierasset etiam? At is hominem facili paratoq; remedio menti reddidit. Redditus sibi , teutonice

nec

nec loquebatur, nec intelligebat. Quod si quis hunc uere dæmoniacum fuisse cō tendat, ea sanè res uel maxime medicorum illustrat artem, cui compertum est, et dæmones impios parere, quemadmodū in restituēda uita, ita & in exigendis spiritibus diuinæ uirtutis tum ministræ, tum æmulæ. Neque uero deerant, qui factum hoc magicis artibus tribuebant, quorum ego calumniam arti nostræ gloriæ laudi'q; uerto, per quam ea præstantur, quæ uulgus hominum humanis uiribus præstari posse non credit. Optimo igitur iure, priscis seculis, cum nondum sordidi quæstus & spurcæ uoluptates uitiassent omnia, medendi ars inter omnes una, diuinis ac summatibus uiris, opulentissimis regibus, clarissimis senatoribus præcipue cordi fuit, nec alia mortalium generi gratior. Siquidem Moses ille magnus, non alia ratione, quam artis medicæ, cibos suos distinxisse creditur. Orpheus Græcorum uetustissimus, de uiribus herbarum nonnulla prodidisse legitur. Homerus ipse, citra controuersiam, unicus ingenio

Detorquet.

Quibus culta medicina.

Moses.

Orpheus.

Homerus

rum fons, plurimus eſt & in herbarũ cõ-
memoratione, & in laude medicorum. Is
Moly. & Moly nobis depinxit, herbarũ omniũ
(teſte Plinio) laudatiſſimam, efficacẽ ad-
uerſus ueneficia, Cuius inuentionẽ Mer
curio tribuit, hac Vlyſſem ſuum aduer-
Nepẽthes ſus Circes pocula præmuniens. Idem ne
penthes indicat in couiuijs adhibendum,
quod mœrorem triſtitiã'q; diſcutiat. Por
tò Machaonem, Pæonem, Chironẽ, Po
Machaon. dalirium, ut hac arte præſtantes, ſæpicule
Pæon. non ſine honore commemorat, quorum
Chiron. arte non ſolum heroibus, uerum ipſis eti
am dijs ſubuentũ eſſe fingit. Illud uideli-
cet ſubindicans, ſummis etiam principi-
bus medicorum præſidijs opus eſſe. At-
q; horũ uitam medicis in manu eſſe, qui
in cæteros omneis ius uitæ ac necis habe
re uident. Quid quod idẽ Poeta libro Ili
ados undecimo, huius artis profeſſionẽ
longe pulcherrimo nobilitauit elogio?
cũ ait: Vnum medicum pluris habendũ,
ἰατρὸσ γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιοσ ἄλλων q̃ cæterorum hominũ permultos. Rur-
ſum alibi, medicum ita notat, ut dicat eũ
eruditum in omnibus, palam teſtans id

quod res eſt, hanc artem non una aut al-
tera diſciplina, ſed omniũ artium cogni-
tione circuloq́ꝫ tum præter exactum in-
genium, multo etiam rerum uſu conſta-
re. Pythagoras ille Samius, cui diuinita-
tem quandã tribuebat antiquitas, de na-
turis herbarum nobile uolumen reliquiſ
ſe legitur. Atqꝫ ut Platonem, Ariſtotelẽ,
Theophraſtũ, Chryſippũ, Catonem cẽ-
ſorium, Varronem prætereã, quibus ſtu
dio fuit hanc artem ſuis uel ſtudijs, uel ne
gocijs admiſcere. Mithridaten Ponti re-
gem, nõ perinde regnũ, alioqui locuple-
tiſſimum, nõ tam unius & uiginti liugua
rum miraculum, quã rei medicæ peritia
nobilitauit, ueréqꝫ magnũ uirum declara
uit, qui artis huius cõmentatiões, & exẽ-
plaria, effectusq́ꝫ in arcanis reliquit, ut
autor eſt Plinius. Cuius & hodie nobile
Theriacæ genus nomĩe celebratur. Nũc
ferè regium habetur, aleam ludere, uena
ri, nugas agere. At olim populi Rhoma
ni principibus nihil magis erat curæ, quã
ut ex longĩquo nouis importãdis herbis,
rẽ medicã adiuuarẽt, neqꝫ populo illi tum

orbis domino non aliud erat munus gratius. Quid quod Christus ipse disciplinarum omnium & autor & princeps, sese non Iureconsultum, non Rhetorem, non Philosophum, sed medicum professus est, dum de se loquens, negat opus esse medico ijs, qui bene habeant, dum Samaritanus uulneribus oleum ac uinum infundit, dum sputum terræ mixtum illinit oculos cæci. Quid quod idem, hac potissimum commendatione, cum adhuc orbi esset ignotus, sese paulatim in animos atque affectus hominum insinuauit, non auro, non imperijs, sed morborum remedijs? Quod ille nutu fecit, nẽpe deus, hoc medicus pro uirili sua cura imitatur. Neque deest his quoque diuina uis, nimirum medendi uiribus in hunc usum rebus à deo inditis. Nec alio uiatico magis instruxit Apostolos, mandans ut hoc protinus officio sibi deuincirent hospitem, medentes inquit, morbis illorum, & ungentes oleo. Paulus ille magnus dum Timotheo suo modicum uini præscribit usum, ad fulciendam stomachi imbecillitatem,

Christus ipse medicus.

Paulus medicus.

nõne palam medici partibus utitur? Sed quid hoc mirum in Apostolo, cum Raphael angelus Tobiæ cæcitati medicans hinc nomen etiam inuenerit apud arcanarũ rerum studiosos? O cœlestem ueréq; sacram disciplinam, cuius cognomento diuæ illæ mentes insigniuntur. Inter mortales alij alias artes uel discunt, uel ꝓfitentur, hanc unam oportebat ab omnibus disci, quæ nulli nõ est necessaria. Sed o heu peruersissima hominũ iudicia. Nemo nescire sustinet, quis nummus legittimus sit, quis adulterinus, ne quid fallatur in re uilissima, nec scire studio est, quibus modis id quod habet optimum, tueatur. In numismate non credit alienis oculis, in negocio uitæ ac sanitatis, clausis quod dicitur oculis, sequitur alienum iudicium. Quod si totius artis absoluta cognitio nõ potest nisi paucis contingere, qui totam uitam huic uni studio dedicarunt, certe partem eam, quæ ad tuendam ualetudinem pertinet, non conueniebat quenquam nescire. Etiam si bona pars difficultatis, nõ ab ipsa arte, sed ad impro-

Raphael.

borum medicorum uel inſcitia, uel ambi tione proficiſcatur. Semper apud efferas etiam ac barbaras nationes ſanctum ac uenerabile fuit amicitiæ nomen. Atq; is egregius habetur amicus, qui ſe fortunæ utriuſque comitem ſocium'q; præbeat. quod uulgus amicorum uelut hirundines æſtate, rebus ſecundis adſunt, rebus aduerſis, quemadmodum illæ ingruente bruma deuolant. At quanto ſyncerior amicus medicus, qui Seleucidum auium exemplo, quas narrant nuſquam à Caſij montis incolis conſpici, niſi cum illarum præſidio eſt opus, aduerſus uim locuſtarum fruges uaſtantium, rebus integris ac lætis nuſquam ſeſe ingerit in periculis, in his caſibus, in quibus uxor ac liberi ſæpe deſerunt hominem, uelut in phreneſi, phthiriaſi, in peſte ſolus medicus conſtanter adeſt, & adeſt non inutili officio, quemadmodũ pleriq; cæterorũ, ſed adeſt opitulaturus, adeſt pro capite periclitantis cũ morbo dimicans, nonnunq; ſuo quoq; periculo. Et o plus quã ingratos, qui talis amici officio ſeruati, iã

A ſimili.

Seleucides.

depulſo periculo medicū odiſſe poſſunt, ac non potius parentis uice colunt ac ue nerant. Vulgarē amicum, qui ſubinde ſa lutat obuiū, ad cœnam rogant, qui latus claudit, officio penſant, & talē amicū ubi deſierint egere, auerſantur? & ob hoc ip ſum auerſantur, quod intelligant illius of ficio nullam meritis parem gratiam re= pendi poſſe. Quod ſi is optimus uir eſt, qui maxime ꝓdeſt Reipublicæ, ars hæc optimo cuiq; uiro diſcenda eſt. Iam uero ſi qui ſint, qui rerum precia malint utilita te quæſtu quàm metiri (licet hæc ars diuinior eſt, quā ut huiuſmodi rationibus ſit æſti= manda) ne hac quidem parte cuiquam aliarum cedit artium. Neque enim ulla magis fuit frugifera, & ad rem ſubito pa= randam æque præſentanea. Eraſiſtra= tus cuius ante memini, à rege Ptole= mæo, Critobolus ab Alexandro magno, præmijs ingentibus ac uix credendis do nati legunt. Quanq; quod tandē præmi= um nō exiguū uideat, repenſum ſeruato ri capitis, pro cuius unius ſalute tot homi num millia depugnabāt? Quid ego nūc A quæſtu.

commemorem Caſſios, Carpitanos, Aruncos, Albutios, quibus Rhomæ tum apud principem, tum apud populum immodicum quæſtum fuiſſe refert Plinius? Quanquam quid nos hæc ex priſcis ætatibus repetimus, quaſi non hodie cuique complures ſuccurrant, quos hæc ars ad Crœſi opes euexerit? Rhetotica aut Poetica nõ alit niſi inſignem. Muſicus ni præcellat, eſurit. Iureconſulto tenuis prouentus eſt, ni ſit eximius. Sola medicina quomodocunq; doctum alit ac tuetur. Innumeris diſciplinis, infinita rerum cognitione conſtat res medica, & tamen frequenter unum aut alterum remedium alit idiotam. Tantum abeſt, ut hæc ars ſterilitatis damnari poſſit. Adde quod cæterarũ artium non ubique paratus eſt quæſtus. Rhetor frigebit apud Sarmatas. Iuris Cæſarei peritus apud Brittannos. Medicum quoquo terrarum ſeſe contulerit, ſuus comitatur honos, ſuum ſequitur uiaticum, ut in nullam diſciplinam uerius cõpetat uulgatiſſimum illud Græcorũ prouerbium, τὸ τέχνιον ἡ πᾶσα γῆ τρέφει. Sed hoc

ipſum indignatur Plinius, aut certe apud hunc alij, quæſtum eſſe medicinæ profeſ- Cõfutatio ſionem. Maior eſt, fateor, hæc facultas quam ut quæſtui lucro'que ſeruiat, ſordidarum id eſt artium. Sed nimis ingratũ eſt, eã ſolã ſua fraudare gratia, cui nulla par gratia repẽditur. Egregius medicus ceu numen quoddam, ſeruat gratis, ſeruat & inuitos. Sed impietas eſt, non agnoſcere numinis beneficium. Nihil ille moratur mercedem, tu tamen dignus qui legibus mulcteris ob inſignem ingratitudinem. Iam haudquaquam me fugit, hanc egregiam artem & olim apud ueteres audiſſe male, & hodie apud indoctos quoſdã male audire. Catoni non placuit, non quod rẽ damnaret, ſed quod ambitioſam Græcorum profeſſionem non ferret homo mere Rhomanus, Is'que tantum tribuit experientiæ, ut artem eſſe noluerit, ſed idẽ uniuerſam Græcorum philoſophiam ex urbe pellendam cenſuit. Exiſtimabat homo durus, ad purgandum hominis corpus ſufficere braſſicam & crebros uomitus, & tamen ille ipſe medicorum hoſtis

obseruatione medicinæ,in extremam usq; senectutem robur infractum tutatus scribitur. Solis,inquiunt,medicis summa occidendi impunitas est. At hoc nomine magis suspiciēdi boni medici, quibus cū in manu sit,non solum impune, uerumetiā mercede occidere,tamē seruare malūt. Quod possunt facultatis est,quod nolunt probitatis. Decantať iam passim inter pocula temulētorum adagiū, Qui medice uiuit,misere uiuit. Quasi uero felicitas sit,distendi crapula, rumpi Venere, turgescere ceruisia ,sepeliri somno. Sed istos Sycophantas quid opus est oratiōe refellere,cum ipsi petulātiæ suæ satis magnas pœnas dant arti,mox podagra contorti,paralysi stupidi, desipiscentes ante tempus,cæcutientes ante senectutē,iamq; prius uituperatæ medicinæ, exemplo Stesichori serā canunt palinodiā miseri. Et tamen his licet indignissimis,artis bonitas nō grauatur esse præsidio, quantū licet. Sunt qui mutuato ex uetere comœdia scommate,uocent medicos σκατοφάγους. Quasi uero non isto nomine,uel

Ex Aristophane.

præcipue laudari mereantur, qui quo subueniãt hominũ calamitatibus, ex illa sua sublimitate sese ad hæc sordida deijciant. Quod si medicis tantum esset supercilij, quantũ istis est, ꝑcacitatis, liceret passim impune mori, uerũ habet hoc ars nostra cũ bonis regibus cõmune, ut bene faciat ac male audiat. Quod si maxime sunt, ut sunt in hoc ordine, qui se pro medicis gerũt, cũ nihil minus sint quã medici. Si sũt qui ꝑ remedijs uenena ministrãt, si sunt qui ob quæstum & ambitionem ægrotis male consulunt, quid iniquius est, quã hominum uitia in artis calumniã detorquere? Sunt & inter sacerdotes adulteri, inter monachos homicidæ ac piratæ, sed quid hoc ad religionem per se optimam? Nulla tam sancta professio est, quæ non alat sceleratos aliquot. Votis quidẽ omnibus optandũ, omnes principes eiusmodi esse, cuiusmodi decet esse, qui censeantur hoc digni nomine. Nec tamen ideo damnandus est principatus, quod nonnulli sub eo titulo prædones rei'que publicæ hostes agãt. Optarim & ipse medicos

omnes uere medicos esse, nec in his lo-
cum Græcorum prouerbio, πολλοὶ βουκένται
Prouerbiũ παῦροι δέτε γῆς ἀροτῆρες. Optarim ab omni-
bus eam præstari sanctimoniam, quam
Hippocrates sacramento uerbis solen-
nibus concepto, à professoribus exigit.
Neque tamen huc non enitendum est
nobis, si id à plerisque negligi conspici-
mus. Sed quoniam huius argumenti tan-
ta est ubertas uiri præstantissimi, ut diffi-
cillimum sit in eo dicendi finem inueni-
re, ne non præstem quod initio sum pol-
licitus, tempestiuum arbitror, uniuersas
Epilogus eius laudes summatim complecti. Ete-
nim si permultas res sola commendat
antiquitas, hanc artem primam omnium
reperit necessitas. Si scientiam autores il
lustrant, huius inuentio semper dijs attri
buta est. Si quid autoritatis addit honos,
non alia tam passim ac tamdiu diuinos
honores meruit. Si magni fiunt, quæ sum
mis uiris probantur, hæc summos reges,
hæc primates non solum delectauit, ue-
rumetiã illustrauit. Si difficilia quæ sunt,
ea sunt & pulchra, nihil hac operosius,

quæ tot disciplinis, tantarum rerum peruestigatione usu'que constat. Si dignitate rem æstimamus, quid excellentius, quam ad dei benignitatem proxime accedere? Si facultate, quid potentius aut efficacius, quam totum hominem certo exitio periturum sibi posse restituere? Si necessitate, quid æque necessariũ atq; id sine quo nec uiuere, nec nasci licet? Si uirtute, quid honestius, quã seruare genus humanũ? Si utilitate nulli9 usus neq; maior est, neq; lati9 patet. Si cõpendio, aut hæc in primis frugifera sit oportet, aut ingratissimi mortales. Vobis igitur magnopere gratulor eximij uiri, quibus contingit in hoc pulcherrimo genere professionis excellere. Vos adhortor optimi iuuenes, hanc toto pectore complectimini, in hanc neruis omnibus incumbite, quæ uobis decus, gloriam, autoritatem, opes est conciliatura, per quam uos uicissim amicis, patriæ, atque adeo mortalium generi non mediocrem utilitatem estis allaturi.

DIXI.

EXCVDEBATVR NOREM-
BERGAE APVD IOAN-
NEM PETREIVM.
MENSE FEBRVARIO.
ANNO M. D. XXV.